expecto ſaluatorem, credo uidere in omnibus creaturis,
habere in meipſo:& quod in omnibus ineffabiliter iucũ-
dius atq; beatius eſt, cognoſcere in ſeipſo. Patrem nãq; &
filium cũ ſancto ſpiritu cognoſcere, uita eſt æterna, beati-
tudo perfecta, ſumma uoluptas. Oculus non uidit, nec au
ris audiuit: nec in cor hominis aſcẽdit: quãta claritas, quã
ta ſuauitas, & quanta iucunditas maneat nos in illa uiſiõe
quãdo deum facie ad faciem uidebimus, qui eſt lux illumi
natorum, requies exercitorum, patria redeuntium, uita ui
uentium, corona uincentium. Ita in mente mea quandam
imaginem illius ſummæ trinitatis inuenio, ad quam ſum-
mam trinitatem recolendam, inſpiciendam, & diligendam
ut eius recorder, ea delecter, & eam complectar & contem
pler, totum id quod uiuo debeo referre. Mens imago dei
eſt, in qua ſunt hæc tria, id eſt memoria, intelligẽtia, & uo-
luntas. Memoriæ attribuimus omne quod ſcimus, etiam
ſi nõ inde cogitemus. Intelligentiæ tribuimus omne qđ
uerum cogitando inuenimus, quod etiam memoriæ com
mendamus. Per memoriã patri ſimiles ſumus. Per intelli
gẽtiã filio. Per uolũtatẽ ſpiritui ſancto. Nihil in nobis iã
ſimile ſpiritui ſancto eſt quàm uoluntas uel amor ſiue dile
ctio quæ excellentior uoluntas eſt. Dilectio nãq; donum
domini eſt: ita ꝙ nullũ hoc dono dei eſt excellentius. Dile
ctio nanq; quæ ex deo eſt, & deus eſt, proprie ſpiritus ſan-
Rom.5. ctus dicitur, per quẽ charitas dei diffuſa eſt in cordibꝰ no
ſtris, per quam tota trinitas in nobis habitat.

De miſeria hominis: & examinatione extremi iudicij. Capitulum. II.

SEcundum exteriorẽ hominẽ de parentibꝰ illis
uenio qui me ante fecerũt damnatum quàm na
tum? Peccatores peccatorem in peccato ſuo ge
nuerunt, & de peccato nutriuerunt. Miſeri mi
ſerum in hunc lucis miſeriam induxerunt. Nihil ex eis ha
beo niſi miſeriã & pctm̃, & corruptibile hoc corpꝰ qđ ge
ſto. Ad illos uerò feſtino q morte corpis hinc exierũt. Cũ
eorũ ſepulchra reſpicio, nõ inuenio in eis niſi cinerem &
uermem, fœtorem & horrorẽ. Quod ergo ſum, ipſi fuerũt
& quod ipſi ſunt, ego ero. Quid ſum ego? Homo de humo
re liquido. Fui enim in momento conceptionis de huma-
no ſemine conceptus. Deinde ſpuma illa coagulata modi
cum creſcendo caro facta eſt. Poſtea plorans & eiulans tra
ditus ſum huius mundi exilio, & ecce iam morior plenus
iniquitatibus & abominationibus. Iãiam præſentabor an
te diſtrictum iudicem, de operibus meis ratiõem redditu-
rus. Væ mihi miſero cum uenerit dies illa iudicij, & aperti
fuerint libri in quibus omnes mei actus & cogitatiões do
mino præſentandæ recitabuntur. Tũc demiſſo capite præ
confuſione malæ cõſcientiæ, in iudicio coram domino ſta
bo trepidus & anxius, utpote commemorans ſcelerum cõ
miſſa meorum. Et cum dicetur de me, ecce homo & opera
eius: reducam ante oculos oĩa delicta & peccata mea. Qua
dam nanq; ui diuina fiet ut cuiq; ſua opera bona uel mala
in memoriã reuocenť, & mentis intuitu mira celeritate cer
nantur, ut accuſet uel excuſet ſcientia cõſciẽtiã, atq; ita ſi-
mul & ſinguli & oẽs iudicẽtur. Iudicium faciet geſtorum
quiſq; ſuorũ. Cunctaq; cunctorũ cunctis arcana patebũt.
Quod em̃ nunc confiteri erubeſcimus, tunc omnibꝰ mani
feſtabitur: & quicquid hic diſſimulando palpamus, totũ
illic uindex flamma comburet ignis ubiq; ferox ruptis re
gnabit habenis. Quãtoq; diutiꝰ deus nos expectat ut emẽ
demus, tanto diſtrictius iudicabit ſi neglexerimus. Cur er
go tantopere uitam iſtam deſideramus: in qua quãto am-
plius uiuimus, tanto plus peccamus. Quanto eſt uita lon-
gior, tanto culpa numeroſior. Quotidie nanq; creſcũt ma
la, & ſubtrahuntur bona: aſſidue uariatur homo per ꝓſpe
ra & aduerſa, & ignorat quãdo moriatur. ¶ Sicut enim in
cælo ſtella coruſcans uelociter currit, & repente deficit, &
ſicut ſcintilla ignis ſubito extinguitur, & in cinerem redi
gitur: ſic cito finitam datur iſtam cernere uitam. Dum em̃
libenter ac iucundiſſime moratur homo in mundo, diuq;
ſe uicturũ arbitratur, ac multa in longa tempora diſponit
agenda: ſubito rapitur in mortẽ, & ex improuiſo aĩa aufer
tur à corpore. Verũtamẽ cũ magno metu magniſq; dolo-
ribus aĩa ſeparatur à corpe. Veniunt em̃ angeli aſſumere
illam, ut perducãt eam ante tribunal iudicis metuendi: &
tunc illa memorans opera ſua mala & peſſima quæ die no
ctuq; geſſit, cõtremiſcit, & quærit illa fugere, ĩduciaſq; pe
tere, dicens. Date mihi uel unius horæ ſpatiũ. Tunc quaſi
loquentia ſimul opera dicent. Tu nos egiſti, opera tua ſu-
mus, non te deſeremus, ſed tecum ſemper erimus, tecũ per
gemus ad iudicium. Vitia quoq; multis & multiplicibus
criminibus eam accuſabunt, multaq; falſa teſtimonia ad-
uerſus illam inuenient, quãquam uera ad damnationem
eius ſatis poſſent ſufficere. Dæmone uerò terribili uultu
& horribili aſpectu eam terrebunt. Ingẽti furore eam per
ſequentur & comprehendent, tam terribiliter quàm hor
ribiliter uolentes retinere & poſſidere niſi ſit qui eripiat.
Tunc anima inueniens oculos clauſos & os, aliosq; corpo
ris ſenſus per quos ſolebat egredi & delectari in his exte-
rioribus, reuertetur ad ſe: & uidens ſe ſolam & nudam, in-
genti horrore concuſſa, deſperatiõe deficiet in ſe, & cadet
ſub ſe: & quia amore mundi, & carnis uoluptate, dei amo-
rem dereliquerat: derelinquetur à deo miſeria in hora tan
tæ neceſſitatis, atq; dæmonibꝰ tradeť ĩ inferno cruciãda.
Sic anima peccatoris in die qua ignorat, & hora qua ne-
ſcit, rapitur à morte, & ſegregatur à corpore, pergitq; mi-
ſerijs plena, tremens & dolens: & cum nullam excuſationẽ
habeat quã pro peccatis ſuis poſſit obtendere, cõtabeſcit
& pertimeſcit ante deũ apparere. Ingenti horrore cõcuti
tur, & multiplicibꝰ cogitationũ æſtibus agitatur, cum ur
gente ſolutione carnis, & ſubductis è medio omnibꝰ, ſe &
illum terminũ conſiderat cui appropinquat, & poſt pau-
lulum hoc inuenit quod in perpetuũ mutari non poterit.
Cõſiderat planè quàm diſtrictus ueniat æternus iudex, &
ante ſæueritatem tantæ iuſtitiæ quas ratiões uitæ ſuæ po
nat. Si enim cũcta opera quæ intelligere potuit deuitauit
uentura tamen coram diſtricto iudice illa magis quæ ĩ ſe
metipſa non intelligit: pertimeſcit. Creſcit pauor cum co-
gitat ꝙ uiam uitæ huius nequaquã ſine culpa tranſire po
tuit: nec hoc qdẽ ꝙ laudabiliter uixit, ſine aliquo reatu ẽ
ſi remota pietate iudicetur. Quis enim conſiderare ualeat
quãta mala per momẽta tẽporũ ꝑpetramꝰ: & quãta bona
facere negligimꝰ? Sicut em̃ pctm̃ eſt perpetratio mali: ſic
delictum eſt deſertio boni. Grauis ſiquidem iactura eſt cũ
nec bona facimus, nec bona cogitamus, ſed cor noſtrum
per uana & inutilia ſinimus uagari. Nimis tamen difficile
eſt cor tenere: & ab illicita cogitatiõe ſeruare. Nimis etiã
difficile eſt terrenas occupationes abſq; peccatis miniſtra
re. ¶ Quapropter nullus ſemetipſum dijudicare, & cõpre-
hendere perfecte poteſt, ſed multis cogitatiõibus occupa
tus, ſibimetipſi aliquo modo manet incognitus, ut omni-
no quod tolerat neſciat. Propterea urgẽte exitu, ſubtilio
ri terretur metu: quia etſi illa quæ ſciuit, nũquã ſe præter
miſiſſe meminit, formidat tamen ea quæ neſcit.

De dignitate animæ. Capitulum. III.

O Anima dei ĩſignita imagine, decorata ſimilitu
dine, deſponſata fide, dotata ſpiritu, redempta
ſanguine, deputata cum angelis, capax beatitu
dinis, heres bonitatis, rationis particeps, quid
tibi cum carne unde iſta pateris? Propter carnem alienã Eſa. 64.
peccata tibi imputantur, & tuæ iuſtitiæ quaſi pannus mẽ
ſtruatæ reputantur: atq; tu ipſa ad nihilum es redacta, &
quaſi nihilum & inane reputata. Nihil aliud eſt caro (cum
qua tanta eſt tibi ſocietas) niſi ſpuma caro facta, fragili ue
ſtita decore: ſed erit quando erit cadauer miſerum & pu-
tridum, & cibus uermium. Nã quãtũcũq; excolatur: ſem-
per caro eſt. Si diligenter cõſideres qd per os & nares cæ-
terosq; corpis meatus egrediať, ut uilius ſterquilinĩũ nũ-
quam uidiſti. Si ſingulas eius miſerias enumerare uelis,
quàm ſit onerata peccatis, irretita uitijs, pruriens concu-
piſcentijs, occupata paſſionibus, polluta illuſionibꝰ, ꝓna
ſemper in malũ, & in oẽ uitiũ procliuis, plena oĩ cõfuſiõe Pſa. 143.
& ignominia

& ignominia ĩuenies. Propter carnẽ homo uanitati ſimi-
lis factꝰ eſt, quia ex illa uitiũ cõcupiſcẽtiæ traxit, quo ca-
ptiuus tenetur & incuruatur ut diligat uanitatem, & ini-
quitatẽ opereť. ¶ Attende homo quid fuiſti ante ortum,
& qd es ab ortu uſq; ad occaſum, atq; quid eris poſt hanc
uitã. Profectò fuit ꝙ nõ eras: poſtea de uili materia factꝰ,
& uiliſſimo pãno inuolutus, menſtruali ſanguine in ute-
ro materno fuiſti nutritꝰ, & tunica tua fuit pellis ſecũdi-
na. Sic indutus & ornatus ueniſti ad nos, nec memor es
quàm ſit uilis origo tui. Forma, fauor populi, feruor iu-
uenilis, opeſq; Subripuere tibi noſcere qd ſit homo. Ni-
hil aliud eſt hõ, quàm ſperma fœtidũ, ſaccus ſtercorum, ci-
bus uermium. Poſt hominem uermis, poſt uermem fœtor
& horror. Sic in nõ hominem uertitur omnis homo. Cur
ergo ſuperbis homo, attendens ꝙ fuiſti uile ſemẽ, & ſan-
guis coagulatus in utero? Deinde miſerijs huiꝰ uitæ ex-
poſitus & peccato, poſtea uermis & cibus uermium futu
rus in tumulo. Quid ſuperbis puluis & cinis, cuius conce
ptꝰ culpa, naſci miſeria, uiuere pœna, mori anguſtia? Vñ
ſuperbit homo cuius conceptio culpa, naſci pœna, labor
uita, neceſſe mori? Cur carnẽ tuã ꝓcioſis rebꝰ impĩguas
& adornas, quã poſt paucos dies uermes deuoraturi ſunt
in ſepulchro: animã uerò tuã nõ adornas bonis opibus,
quæ deo & angelis eius præſentanda eſt in cælis? Quare
aiam tuã uilipendis, & ei carnẽ præponis? Dñam ancilla-
ri, & ancillã dñari, magna abuſio eſt. Totus quidẽ iſte mũ
dus ad unius animæ pretiũ æſtimari non põt. Nõ em̃ pro
toto mundo deus aiam ſuã dare uoluit, quam pro anima
humana dedit. Sublimius ergo eſt animæ prætiũ, quæ nõ
niſi ſanguine Xp̃i redimi potuit. Quã ergo cõmutationẽ
dabis pro anima tua qui pro nihilo das illã? Nónne dei
filius cum eſſet in ſinu patris, à regalibus ſedibus ꝓ ea de-
ſcẽdit, ut eam liberaret à poteſtate diaboli? Quam cũ ui-
diſſet peccatorũ funibus irretitã, iamiamq; dæmonibus
tradẽdam ut morte perpetua dãnaretur, fleuit ſuper illã,
quæ flere ſe neſciebat. Nec ſolum fleuit, ſed etiã occidi ſe
permiſit, ut precioſo ſanguinis ſui pretio eam redimeret.
Aſpice mortalis, ꝙ pro te datur hoſtia talis. Agnoſce hõ
quàm nobilis eſt aĩa tua, & quàm grauia fuerint eius uul-
nera: ꝓ qbꝰ neceſſe fuit Xp̃m dñm uulnerari. Si nõ eſſent
hæc ad mortẽ, & mortẽ ſempiternã: nũquã pro eorũ reme
dio dei filiꝰ moreretur. Noli ergo uilipẽdere aĩæ tuæ paſſio-
nem cui à tãta maieſtate tantã uides exhiberi cõpaſſionẽ,
Pſal. 6. Fudit ipſe lachrymas ꝓ te, laua & tu ꝑ ſingulas noctes le-
ctum tuũ cordis cõpunctione, & lachrymarũ aſſiduitate.
Fudit ipſe ſanguinẽ ſuũ, funde & tu tuũ quotidiana cor-
poris afflictione. Quem ſi ſemel ponere pro Chriſto non
potes, ſaltẽ mitiori quodã ſed lõgiori martyrio pone. No
li attẽdere quid caro uelit, ſed qd ſpiritus poſcit. Tũc em̃
glorioſus erit cũ ad deũ ſuum redierit: ita tñ ſi de corpore
nullũ pctm̃ ſecũ tulerit, & deterſerit oẽ ſordidũ. ¶ Si ũrò
dicis, durꝰ eſt hic ſermo: nõ poſſum mũdũ ſpnere, & carnẽ
meã odio habere: dic mihi ubi ſunt amatores mundi, qui
ante pauca tẽpora nobiſcũ erãt? Nihil ex eis remãſit, niſi
cineres & uermes. Attẽde deligẽter qd ſunt, uel quid fue-
Iob. 21. rũt. Hoiẽs fuerũt ſicut tu: comederũt, biberũt, riſerũt, du
xerũt in bonis dies ſuos, & in pũcto ad inferna deſcende-
rũt. Hic caro eorũ uermibus, & illic aĩa ignibꝰ deputať:
donec rurſus infelici collegio colligati, ſempiternis ĩuol-
uanť incẽdijs q ſocij fuerũt in uitijs. Vna nãq; pœna impli
cat, quos unus amor in crimine ligat. Quid profuit illis
inanis gloria, breuis lætitia, mũdi potentia, carnis uolu-
ptas, falſæ diuitiæ, magna familia, & mala concupiſcẽtia?
Vbi riſus ubi iocus, ubi iactãtia, ubi arrogãtia? De tãta
lætitia, quãta triſtitia? Poſt tãtillam uoluptatẽ, quàm gra
uis miſeria? De illa exultatione ceciderũt in magnã miſe-
riam, & in grandẽ ruinã, & in magna tormẽta. Quicquid
illis accidit, tibi accidere põt: qa homo es. Homo de hu-
mo, limus de limo. De terra es, & de terra uiuis, & in terrã
reuerteris, qñ uenerit dies illa ultima, quæ ſubito uenit,
& forſitan hodie erit. Certũ eſt qa morieris, ſed incertum
qñ, aut qũo, uel ubi. Qm̃ mors ubiq; te expectat: tu quoq;
ſi ſapiẽs fueris, ubiq; eã expectabis. Si carnẽ ſequeris, pu-
nieris in carne. Si in carne delectaris, cruciaberis ĩ carne.
Si curioſas ueſtes requiris, ꝓ ornatu ueſtiũ ſubter te ſter-
netur tinea, & operimentũ tuũ erunt uermes. Iuſtitia em̃ Eſai. 14.
dei aliud iudicare nõ põt niſi quod mereně opera noſtra.
Qui enim plus diligit mũdum quàm deũ, ſeculum quàm
clauſtrũ, gulã quàm abſtinẽtiã, luxuriã quàm caſtitatem,
ſequiť diabolũ, & ibit cũ eo in ſuppliciũ æternũ. Quiſpu-
tas tũc mœror erit, qs luctus, quæ triſtitia cũ ſeparabunť
impij à cõſortio ſanctorũ, & à uiſione dei, & traditi in po-
teſtatẽ dæmonũ, ibũt cũ ipſis in ignẽ æternũ, ibiq; ſemp
erũt ſine fine in luctu & gemitu? Procul qppe à beata pa-
radiſi patria exulati, cruciabunť in gehẽna perpetua, nũ-
quam lucẽ uiſuri, nũquã refrigeriũ adepturi: ſed ꝑ millia
milliũ annorũ in inferno cruciandi, nec inde unquã libe-
rãdi. Vbi nec qui torquet, aliqñ fatigať: nec qui torqueť,
aliqñ moriť. Sic enim ignis ibi cõſumit, ut ſemp reſeruet:
ſic tormenta agũtur, ut ſemp renoueně. Iuxta uerò quali-
tatem culpæ pœnam ſuſtinebit unuſquiſq; gehẽnæ, & ſi-
milis culpæ rei ſuis ſimilibus iungentur cruciandi. Nihil
aliud ibi audieť niſi fletus & plãctus, gemitus & ululatus
mœrores atq; ſtridores dentium: nihilq; ibi uidebiť niſi
uermes, & laruales facies tortorũ, atq; teterrima monſtra
dæmonum. Vermes crudeles mordebunt intima cordis.
Hinc dolor, inde pauor, gemitus, ſtupor, & timor horrẽs.
Ardebũtq; miſeri in igne æterno in æternum & ultra. In
carne cruciabũtur per ignem: in ſpiritu per cõſciẽtiæ uer
mem. Ibi erit dolor intolerabilis, timor horribilis, fœtor
incõparabilis, mors animæ & corporis, ſine ſpe ueniæ &
miſericordiæ. Sic tamẽ moriẽtur, ut ſemp uiuãt: & ſic ui-
uent, ut ſemp morianť. Ita anima peccatoris aut in infer-
no pro pctis cruciatur, aut in paradiſo pro bonis meritis
collocatur. Nũc ergo alterũ è duobus eligamus, aut ſem-
per cruciari cum impijs, aut perpetualiter lætari cum ſan-
ctis. Bonũ ſiquidẽ & malũ, uita & mors, ante nos ſunt po
ſita: ut ad quod uoluerimus, manũ extẽdamus. Sicut tor-
menta nõ terrent nos: ſaltem inuitent præmia.

De præmio patriæ cæleſtis. Capitulum. IIII.

PRæmiũ eſt uidere deum, uiuere cũ deo, uiuere
de deo, eſſe cum deo, eſſe in deo, qui erit omnia
in omnibus, habere deũ, qui eſt ſummũ bonũ.
Et ubi eſt ſummũ bonũ, ibi eſt ſumma felicitas,
ſumma iucunditas, uera libertas, perfecta charitas, æterna
ſecuritas, & ſecura æternitas: ibi eſt uera lætitia, plena ſciẽ
tia, omnis pulchritudo, & omnis beatitudo. Eſt ibi pax,
pietas, bonitas, lux, uirtus, honeſtas. Gaudia, lætitiæ dul-
cedo, uita perennis. Gloria, laus, requies, amor, & cõcor-
dia dulcis. Sic cũ deo homo beatus erit, in cuius cõſciẽtia
peccatũ inuẽtũ nõ fuerit. Videbit deũ ad uolũtatẽ, habe-
bit ad uoluntatem, frueť ad iucũditatem. In æternitate ui
gebit, in ueritate fulgebit, in bonitate gaudebit. Sicut ha
bebit permanendi æternitatem, ſic cognoſcẽdi facilitatẽ,
& requieſcẽdi felicitatẽ. Ciuis ſiquidem erit illius ſanctæ
ciuitatis, cuius angeli ciues ſunt, deus pater tẽplũ, filius
eiꝰ ſplẽdor, ſpũs ſctũs charitas. O ciuitas cæleſtis, mãſio
ſecura, patria fertilis & ampla, totum cõtinens quod de-
lectat, populus ſine murmure, incolæ quieti, homiẽs nul-
lam indigentiam habentes. Quàm glorioſa dicta ſunt de Pſal. 86.
te ciuitas dei, ſicut lætantiũ oĩm habitatio eſt in te. Oẽs
lætantur in lætitia & exultatione: omnes delectantur de
deo: cuius aſpectus pulcher, facies decora, eloquium dul-
ce. Delectabilis eſt ad uidendũ, ſuauis ad habendũ, dulcis
ad perfruendũ. Ipſe per ſe placet, & per ſe ſufficit ad meri-
tum, ſufficit ad præmiũ, nec extra illum quicquã quæriť:
qa totũ in illo inueniť quicqd deſiderať. Semper libet eũ
aſpicere, ſemp habere, ſemp in illo delectari, & illo ꝑfrui.
In illo clarificatur intellectus, & purificať affectus ad co-
gnoſcendã & diligendã ueritatẽ. Et hoc eſt totũ bonũ ho
minis, noſſe ſcilicet & amare creatorẽ ſuũ. Quæ ergo nos
angit ueſania, uitiorũ ſitire abſinthiũ, huius mũdi ſequi

De inſtabilitate cordis humani. Cap.IX.

NIhil eſt in corde meo fugacius: quod quoties me deſerit, & per prauas cogitationes defluit, toties deū offendit. Cor meū uanū, uagum & inſtabile, dum ſuo ducit arbitrio, & diuino caret conſilio, in ſeipſo nō poteſt cōſiſtere: ſed oī mobili mobiliꝰ, ꝑ infinita diſtrahit, & hac atq; illac ꝑ inumera diſcurrit. Et dū ꝑ diuerſa requiē q̄rit, nō inuenit. Sed in labore miſerū, à req; uacuū manet, ſibi nō concordat, à ſe diſſonat, à ſe reſilit, uolūtates alternat, conſilia mutat, ædificat noua, deſtruit uetera, deſtructa reædificat, eadē iterū atq; iterū alio & alio modo mutat & ordinat, quia uult & non
Iob.13. uult, & nūquā in eodē ſtatu ꝑmanet. Sicut eñ molēdinū uelociter uoluit, & nihil reſpuit, ſed qcqd imponit molit, ſi aūt nihil apponit, ſeipſum cōſumit: ſic cor meū ſemꝑ eſt in motu, & nūquā requieſcit: ſed ſiue dormiā ſiue uigilē, ſomniat & cogitat qcqd ei occurrit. Et ſicut molēdinum arena ſi imponat exterminat, pix iquinat, palea occupat: ſic cor meū cogitatio amara turbat, immūda maculat, uana inquietat & fatigat. Ita cor meū dū futurum nō curat gaudiū, nec diuinū q̄rit auxiliū, ab amore cæleſtiū elōgatur, & in amore terreſtriū occupatur. Cūq; elabitur ab illis, & inuoluit in iſtis, uanitas illud recipit, curioſitas deducit, cupiditas allicit, uoluptas ſeducit, luxuria polluit, torquet inuidia, turbat iracūdia, cruciat triſtitia: ſicq; miſeris caſibꝰ ſubmergit oibꝰ uitijs, qm̄ unū deū (q ei ſufficere poterat) dimiſit. Per multa diſpergit, & huc illucq; q̄rit ubi requieſcere poſſit, & nihil inuenit qđ ei ſufficiat, donec ad ipm redeat. A cogitatiōe in cogitationē ducit, & ꝑ uarias occupationes & affectiones: ut ſaltē uarietate ipſarū rerū impleat: quarū qualitate ſatiari nō pōt. Sic labit cordis miſeria ſubtracta diuina grā. Cūq; ad ſe reuertit, & diſcutit qđ cogitauit: nihil reperit: qa nō opus fuit, ſed importuna cogitatio, qua componit multa de nihilo: ſic deniq; decipit imaginatio, quā dæmonū format illuſio. Imperat mihi deus ut prebeā illi cor meū, & qa impe-
Nota. rāti deo nō ſum obediēs & ſubditus, mihi ſum rebellis & cōtrarius. Vñ mihi ſubiugari nō potero, donec illi fuero ſubiectꝰ: mihiq; ſeruiā nolēs, q ei nolo ſuire uolēs. Idcirco plura machinat cor meū uno momēto, quàm oēs hoīes ꝑficere poſſent uno anno. Cū deo nō ſum unitus, & iō in meipō ſum diuiſus. Cū illo uerò uniri nō poſſum niſi per charitatē: nec ſubijci niſi ꝑ hūilitatē: nec uerè hūilis eſſe niſi ꝑ ueritatē. Expedit ergo ut in ueritate me diſcutiā, & cognoſcā quàm uilis, quàm fragilis, & quàm labilis ſū. Deinde cū oēs miſias meas cognouero: neceſſe eſt ut illi inhæreā ꝑ quē ſum, ſine quo nihil ſum, & nihil facere poſſum. Et qa à deo paccādo receſſi: niſi ꝑ uerā confeſionē ad illū redire nō poſſum. Fateri ergo oportet qđ fatēdū eſt: qa nūquā eo mō, aut ea intētione qua peccaui, pctā cōfeſſus ſum: nec oim recordatus ſum: aut ꝑꝑ uetuſtatē, aut ꝑꝑ multitudinē. Si aūt cōfeſſus ſum, nō pure cōfeſſus ſum ꝑꝑ turpitudinē. Cōfeſſionē etiā meā diuiſi, ut diuerſis ſacerdotibꝰ diuerſa manifeſtarē: & ita uenia carui, ad quā per partes ꝑuenire putaui. Execrāda nāq; fictio eſt pctm̄ diuidere, & ſupficietenꝰ radere, nō intriſecꝰ eradicare. Nō eñ utilis eſt cōfeſſio niſi ſit in oris ueritate, & cordis puritate. Et ut tres ſint q teſtimoniū nobis dicāt in cælo, pr̄ filiꝰ, & ſpūſctūs: addamꝰ teſtes ſacerdotes cordi nr̄o & ori, ut in ore duorū uel triū ſtet oē uerbū. Sed dicis. Sufficit mi-
2.Co.13. hi ſoli deo cōfiteri: qa ſacerdos ſine eo à pctis me abſolue-
Iaco.5. re nō pōt. Ad qđ nō ego, ſed btūs Iacobus rñdet dicens. Cōfitemini alterutrū pctā ur̄a. Cōueniens nāq; ualde eſt, ut nos q peccēdo deo cōtumaces fuimus, pœnitēdo ſupplices ſacerdotibꝰ & miniſtris eiꝰ ſimus: ut hō q ad grām cōſeruādā mediatore nō eguit, iā eā recupare nō niſi per mediatorē hoiem poſſit. Gemat ergo & ſuſpiret, & anxiꝰ ꝑ pctō timeat, & expaueſcat: ſolicitꝰ diſcurrat: auxiliatores & interceſſores q̄rat: ꝓſternat ſe hūiliter hoī, q hūiliter aſtare noluit creatori. Nā & hoc ſaluberrimū eſt ut hō corde pœniteat, & ore delictū ſuū cōfiteat: quatenꝰ deꝰ q ꝓpitiꝰ adeſt ꝑ grām, cor ꝑ pnīam cōpūgat: deinde adſit, ut cōfitēti pctōrū ueniā tribuat. Qđ ſi fotè pctōr uerè pœniteat, ſed itercurrēte articlo neceſſitatis, ad cōfeſſionē ꝑuenire nō poſſit: cōfidēter credere debemꝰ ꝙ ſummꝰ ſacerdos cōplet ī eo qđ mortalis nō potuit. Et iā apud deū factū cōſtat, qđ hō qdē uerè uoluit, ſed nō ualuit adimplere, qa cōfeſſionē nō cōtēptꝰ excluſit, ſed ipediuit neceſſitas.

De peccato non excuſando. Cap.X.

IN capitulo ubi pctā mea emēdare debui: peccatis peccata addidi. Cū de illis accuſatus fui: aut aliquo modo excuſaui: aut ex toto negaui: aut qđ deteriꝰ eſt, defendi, & ipatiēter reſpōdi: cū nullū ſit pctm̄ à quo nō ſim cōtaminatꝰ: aut cōtamiari poſſim. Iuſtū eſt ergo ut oī occaſiōe remota emēdationē ꝑmittā, ūdecūq; aut à quocūq; accuſer: quatenꝰ ſic liberari ualeam à peccato ꝑpetrato uel perpetrando.

Quàm ſit malum alios non corrigere. Cap.XI.

MVltitudinē iniquitatum mearū expaueſcens, aliorum trangreſſiones reprehēdere timui, & ideo mortis author extiti: quia uirus qđ clamando expellere potui, nō expuli. Indignatus ſum aduerſum alios qui me de uitijs meis reprehēdebant. & quos amare debui, odiui. Illa quæ mihi nocebāt uel diſplicebāt, deſideraui ut nō eſſent. Sciebam tamē ꝙ in natura ſui erāt bona, & à bono factore facta: ſed iō mihi nocebāt, quia malus eram, & male illis utebar. ¶Nihil enim mihi cōtrarium eſt niſi egoipſe. Mecum eſt quicquid mihi nocere poteſt, & egoipſe mihi ſarcina ſum. Optaui etiā ut deꝰ peccata mea neſciret: aut punire nolet, aut nō poſſet: & ita uolui deum eſſe incipiētem, iniuſtum, & impotētem: qđ ſi eſſet, deus nō eſſet. Non eſt ſuperbia ſuꝑ ſuperbiam meā: propterea longè à ſalute mea uerba delictorū Pſal.21. meorum. Suſpecta eſt ſiquidē deo ſuperbia & odioſa: nec fieri pōt ut cū eo in grām reuertat. Diuerſum utriuſq; hoſpitiū: nec in eodē cohabitāt aīo qbꝰ nō licuit cohabitare in cælo. In cælo nata eſt: ſed uelut immemor qua uia inde cedidit, illuc poſtea redire nō potuit. Cum aer pluuia uel nimio frigore aut calore turbatus fuit, contra deū inique murmuraui. Oia nāq; q̄ ad uſum uitæ accepimꝰ: ad uſum culpæ cōuertimus. Quaproter iuſtū eſt ut qui in cunctis peccauimus: in cunctis feriamur. ¶Sæpe ad ſacrum myſteriū uocē meā fregi, ut dulcius cātarē: magis delectabar in uocis modulatiōe, qua in cordis cōpūctiōe. Deꝰ uerò cui nō abſcōdit quicquid illicitū ꝑpetrat, nō q̄rit uocis lenitatem, ſed cordis puritatē. Nā dū cātor mulcet populum uocibus: deū irritat prauis moribus. Licētiā loquēdi uel aliqd faciēdi, ſæpe nimia iportunitate, uel calliditate à p̄latis meis extorſi, non attēdens miſer qm̄ ille ſe decipit, qui occultè uel apertè ſatagit ut hoc ei pater ſpūalis iniūgat, qđ ipē deſiderat. ¶Acū uel cultellū uel aliqd uile multoties nimium deſideraui: nec cōfeſſus ſum: quia peccatum nō æſtimabā: ꝓpter rei uilitate. Verūtamen nō multū diſtat quæcūq; ſubſtantia uilis uel p̄tioſa reqrat, dū æqualiter ſit corruptus affectus. Nō eñ cultellus in uitiū eſt, ſed cultelli appetitus: neq; aurū i uitiū eſt, ſed auri cupiditas, In labore nō laboraui quātū debui uel quātum potui. In ſilētio ēt fui ocioſus: qđ eſt maximū pctm̄. In ſilētio nāq; n mo ſic debet eſſe ocioſus, ut in eodē ocio utilitatē non cogitet ꝓximi: nec ſic actuoſꝰ, ut cōtēplationē nō reqrat dei. Parū eñ ꝓficit q alteri nō prodeſt cū poteſt. De uitijs meis multoties me iactaui: putās eſſe inſigne uirtutis ubi erat lapſus criminis. De uirtutibus etiā uitia feci. Iuſtitia nāq; dum ſuū modū excedit: crudelitatis uitium gignit. Et nimia pietas diſſolutionē diſciplinæ parturit, ſic ſæpe uitiū eſt quod uirtus putat. Sic remiſſa ſegnities māſuetudo creditur. & pigritiæ uitium quietis uirtutē imitatur. Finxi me eſſe qđ nō erā: dixi me uelle qđ nolebā, uel nolle qđ uolebā: aliud ore dicebā, & aliud corde uolebam: & ita ſub ouina pelle uulpinam cōſcientiā conſeruabā. Vulpina planè cōſcientia eſt tepida conuerſatio, aīalis cogitatio, ficta confeſſio, breuis & rara compunctio, obedientia ſine deuotione, oratio ſine intentione, lectio ſine ædificatione, ſermo ſine circūſpectione. O quàm dura mihi ſunt iſta quæ loquor: quoniā meipſum loquēdo ferio. Verūtamen quia me peccatorem nō nego: ſed peccatum meū cognoſco: erit fortaſſe apud deum pium iudicē ipſa cognitio culpæ, impetratio ueniæ. Dicam ergo dicā miſeriam meam: ſi forte ſua pietas moueat illū. Dicā peccatū meū: qm̄ notitia peccati initiū eſt ſalutis. Magnā porto coronam, & ueſtem rotundā: regulā ſeruo ieiuniorum: ſtatutis pſallo horis: ſed cor meū longe eſt à deo meo. Exteriorem ſuperficiē intuēs, ſalua mihi omnia arbitror, non ſentiens
Oſeæ.7. uermē interiorē q iteriora corrodit. Vnde Oſeas. Comederūt alieni robur meum, & ignoraui: & ideo pergēs totus in ea quæ foris ſunt, & ignarus interiorū meorū, ſicut aqua: effuſus ſum, & ad nihilū redactus ſum: præteritorū obliuiſcēs, præſentiū negligēs, futura nō ꝓuidēs. Ingratus ſum ad beneficia: pronus ad mala, & tardus ad bona.

Quomodo ſe debet unuſquiſq; conſiderare.
Capitulum. XII.

SI me non inſpicio, neſcio meipſum. Si autē me inſpicio, tolerare me nō poſſum. Tāta inuenio in me quæ digna ſunt reprehenſione & confuſione: & quāto me ſubtiliꝰ & ſæpius diſcutio, tanto plures abominationes in angulis cordis mei inuenio. Ex quo nāq; peccare cœpi, nunquā unum diem ſine peccato trāſire potui: nec adhuc peccare ceſſo: ſed de die in diē peccata peccatis addo: & ea quæ præ oculis habeo, inſpicio, nec gemo: erubeſcēda uideo: nec erubeſco: dolēda intueor, nec doleo: quod eſt mortis ſignū, & dānationis indiciū. Membrū enim quod dolorē non ſentit, mortuum eſt: & morbus inſenſibilis eſt incurabilis. Leuis ſum & diſſolutꝰ, nec me corrigo, ſed ad pctā quæ cōfeſſus ſum, quotidie redeo: nec caueo foueā in quā miſer ego cecidi, uel alios cadere feci aut uidi. Cūq; plorare & orare deberem ꝓ malis quæ feci, & bonis quæ neglexi, ꝓhdolor uerſum eſt mihi in cōtrariū. Nā tepui & frigui à feruore orationis, & iam ſine ſenſu frigidus remāſi, & ideo flere meipſum nō poſſum: qm̄ gratia lachrymarū receſſit à me.

De præſentia conſcientiæ ubiq;. Cap.XIII..

PEccata mea celare nō poſſum: qm̄ quocūq; uado, cōſciētia mea mecū eſt: ſecū portās quicqd in ea poſui: ſiue bonū: ſiue malū. Seruat uiuo, reſtituet defuncto depoſitū qđ ſeruandū accepit. Si male facio, adeſt illa: ſi autem bene facere uideor & inde extollor, adeſt illa. Adeſt uiuo: ſequit mortuū ubiq; mihi gloria uel cōfuſio eſt inſeparabilis pro qualitate depoſiti. Sic ſic in domo propria, & à propria familia habeo accuſatores, teſtes, iudices, & tortores. Accuſat me conſciētia, teſtis eſt memoria, ratio iudex, uoluptas carcer, timor tortor, oblectamentum tormētum. Quotquot enim fuerint oblectamēta mala, tot erūt tormēta dira in pœna. Nam inde punimur, unde delectamur.

De tribus inimicis hominis. Cap.XIIII.

ADiuua me dñe deus meus, qm̄ inimici mei animam meā circūdederūt: corpus ſcilicet, mundus, & diabolꝰ. A corpore fugere nō poſſum: nec ipm̄ à me fugare. Circūferre illud neceſſe eſt, quoniā alligatum eſt mihi: perimere nō licet, ſuſtentare cogor: & cum illud impinguo, hoſtem meū aduerſum me nutrio. Si enim ſatis comedero: & id robuſtum fuerit:
Hier.9. ſanitas & fortitudo eius mihi aduerſantur. Mundus uerò circumcingit & obſidet me undiq;, & per quinq; portas, uidelicet ꝑ quinq; corporis ſenſus, ſcilicet uiſum, auditū, guſtum, odoratum, & tactum, ſagittis ſuis me uulnerat, & mors intrat per feneſtras meas in aīam meā. Reſpicit oculus, & mentis ſenſum auertit. Audit auris, & intētionem cordis inflectit. Odoratus cogitationem impedit. Os loquitur, & fallit. Per tactū ardor libidinis pro aliqua parua occaſiōe excitat, & niſi illico reſpuat, ſubito totū corpus occupat, urit, & incendit. Primo carnem cogitatione modicum titillat: deinde delectatione turpi mētem maculat, & ad extremū ꝑ cōſenſum prauitatis ſibi mētē ſubiugat. Porrò diabolus quem uidere non poſſum, & ideo minus ab eo mihi cauere: tetēdit arcum ſuum: & in eo parauit ſa- Pſal.7.
gittas ſuas ut uulneret me repente: narrauit ut abſcōderet Pſal.63.
laqueos ſuos: & dixit: Quis uidebit eos? Laqueū poſuit in auro & argento, & in omnibꝰ quibus abutimur cū illis male delectamur & illaqueamur. Nec ſolum laqueum poſuit, ſed & uiſcum. ¶Viſcus eſt amor poſſeſſionis, affectus cognationis, cupiditas honoris, & carnis uoluptas: quibus anima inuiſcatur & irretitur: ne pennis contemplationis per platèas ſupnæ Sion uolare poſſit. Sagittæ diaboli ſunt ira, inuidia, luxuria, & cætera quibus aīa uulneratur. Et qs eſt ille q iacula eiꝰ ignea extinguere poſſit? Prohdolor his telis ſuperatur ſæpe anima fidelis. Heu mihi quia undiq; bella mihi uideo: undiq; tela uolant: undiq; tentamenta: undiq; pericula. Quocūq; me uertam, nulla ſecuritas eſt. Et quæ mulcent, & quæ triſtant uel moleſtant, oīa timeo: eſuries, & refectio: ſomnus, & uigiliæ: labor & qes pugnant contra me. Non minus ſuſpectus eſt mihi iocus quàm ira: multos ſiquidem iocando ſcandalizaui. Nec minus proſpera uereor quàm aduerſa, proſpera nanq; ſuauitate ſua incautum me faciunt, & decipiunt. Aduerſa uerò quia aliquid amaritudinis habent: uelut potiones amaræ me ſuſpectum & timidum faciunt. Magis timeo malum ꝙ facio in abſcondito, quàm quod in aperto. Malum nanq; quod nemo uidet, nullus reprehendit & ubi non timetur reprehenſor, ſecurus accedit tentator, & facilius perpetratur iniquitas. Nimirum utrobiq; bellum, utrobiq; periculum utrobiq; timendum. Et ſicut in hoſtili regione uerſātibus hac illacq; circumſpiciendum eſt, & ad omne ſtrepitum circūagēda eſt ceruix. Caro ſuggerit mihi mollia, mūdus uana, diabolus amara. Quia quoties carnalis cogitatio mentem meā importune pulſat de cibo & potu, de ſomno cæteriſq; ſimilibus: ad carnis curam pertinentibus, caro mihi loquitur. Cum de ambitione ſeculi, de iactātia, de arrogantia cogitatio uana in corde uerſatur: de mūdo eſt. Quando autem ad iram & iracundiam, & amaritudinem animi ꝓuocor: diabolica ſuggeſtio eſt: cui nō aliter quàm ipſi diabolo reſiſtendum eſt: nec aliter ab ea cauēdū quàm ab ipſa damnatione. Demonum officium eſt ſuggeſtiones malas ingerere: noſtrum eſt illis non cōſentire. Nā qties reſiſtimus, diabolū ſuperamus, angelos lætificamus, deū honorificamus. Ipſe enim nos hortatur ut pugnemus: ad iuuat ut uincamus. Certantes in bello ſpectat, deficientes ſubleuat: uincentes coronat.

Caro hominis unde ſit, & quid pariat.
Capitulum. XV.

CAro mea de luto eſt, ideo lutoſas & uoluptuoſas cogitationes ab illa habeo: uanas & curioſas à mūdo: à diabolo malas & malitioſas. Iſti tres inimici me impugnant & perſequunt: nūc quidem apertè: nunc uerò occultè: ſemper autē malitioſe. Diabolus nanq; plus cōfidit in adiutorio carnis: quoniā magis nocet domeſticus hoſtis. Illa uerò ad ſubuerſionē meam cū illo fœdus inijt: utpote de peccato nata, & ī peccato nutrita, uitijs corrupta ab ipſa origine: ſed multo amplius uitiata praua conſuetudine. Hinc eſt quòd tam acriter concupiſcit aduerſus ſpiritum: ꝙ aſſidue murmurat, & impatiēs eſt diſciplinæ: quod illicita ſuggerit: nec rationi optemperat nec inhibetur ullo timore. Huic accedit, hanc adiuuat, hac utitur tortuoſus ille ſerpens hoſtis humani generis: cui nullum aliud eſt deſideriū, nullū negotium, nullum ſtudium: niſi perdere animas noſtras. Hic eſt qui iugiter malum machinatur: argute loquitur: artificioſe ſuggerit: callide decepit. Illicitos motus inſufflat: & uenenatas cogitationes inflammat; mouet bella, nutrit odia incitat gulam, mouet libidinem, deſideria carnis inſtigat, & peccati occaſiones parat: & mille nocēdi artibꝰ corda hominū pulſare non ceſſat. Hinc eſt quòd baculo noſtro nos cædit, & manus noſtras proprio cīgulo ligat: ut caro quæ data eſt nobis in adiutorium, fiat nobis in ruinā

naufragiũ,uitæ labentis pati infortuniũ,impiæ tyrãnidis ferre dominiũ,& non magis conuolare ad ſanctorũ felicitatẽ,ad angelorũ ſocietatẽ,ad ſolẽnitatẽ ſupnæ lætitiæ,& ad iucunditatẽ cõtẽplatiuæ uitæ,ut poſſimus intrare in potẽtias dñi,& uidere ſuperabundãtes diuitias illas bonitatis ei⁹? Ibi uacabimus, & uidebimus quàm dulcis eſt dominus,& quàm magna multitudo dulcedinis eius. Videbimus gloriæ decorem,ſanctorũ ſplendorem, & regiæ poteſtatis honorẽ:cognoſcemus patris potẽtiã,filij ſapiẽtiã,ſpũſſancti benigniſſimã clemẽtiam: & ita habebimus notitiã illius ſummæ trinitatis. Nũc corpora per corpus uidemus:imagines etiã corporũ ſpiritu cernimus:tũc uerò ipſam trinitatẽ puro mẽtis intuitu uidebimus. O beata uiſio uidere deũ in ſeipſo,uidere in nobis, & nos in eo felici iucunditate,& iucũda felicitate. Quicquid deſiderabimus,totũ habebimus,nihil amplius deſiderantes. Et quicquid uidebimus,amabimus,ipſo amore beati. Beati dulcedine amoris,& ſuauitate cõtemplationis. Hæc erit ſumma illius cõtemplationis,hæc erit ſumma illius felicitatis,quoniã intelligetur in ſuo puro eſſe ſyncera diuinitas,cõprehẽdetur in ea incõprehenſibilis trinitas. Patebunt arcana diuinitatis:uidebitur & amabit̃ deus:& hæc uiſio & delectatio totũ cor hominis implẽs & ſatians,tota erit illius beatitudinis conſummatio. Vna erit oĩm lingua,iubilatio indefeſſa,unus affectus,amor ætern⁹. Patebit ueritas,implebit̃ charitas, & erit integra corporis & aĩæ ſocietas. Fulgebit ſicut ſol hũanitas glorificata. Quieta erit & concors carnis & ſpũs ſocietas. Angelorũ & hominũ unũ erit gaudiũ,unũ colloquiũ,unũ cõuiuiũ. Non languebit amor,nec liquefiet dilectio. Præſentib⁹ oĩbus bonis,nulla erit dilatiõis afflictio,quoniã beatifica diuinæ maieſtatis præſentia omnibus erit oĩa,& erit cõmunis omniũ omnipotentia,ſapĩa,pax,iuſtitia, & intelligentia. Nõ erit in illa pace diuerſitas linguarũ,ſed pacifica & cõcors concordia morũ & affectuũ. In torrente illius uoluptatis nihil ultrà appetet cumulata ſatietas:tanta erit felicitas. Ibi ſiquidem erit cumulus felicitatis,ſupereminens gloria,& ſuperabũdãs lætitia. Sed ad hæc quis idoneus? Profectò uerus pœnitẽs,bonus obediẽs,amabilis ſocius, fidelis ſeruus. Verus pœnitens ſemp̃ in labore & dolore, dolet de præteritis,laborat pro futuris cauendis. Vera ſi quidem pœnitẽtia eſt,ſine tẽporis intermiſſione de peccatis dolere. Sic plangit commiſſa ut non committat plãgenda. Irriſor nãq; eſt & nõ uerus pœnitẽs, q adhuc agit qđ pœniteat. Si ergo uis uerus pœnitẽs eſſe,ceſſa à pctõ, & noli amplius peccare:qm̃ inanis eſt pnĩa quam ſequens coinquinat culpa. Oĩs bonus obediens dat ſuum uelle,& Pſ.107. ſuũ nolle,ut poſſit dicere. Paratũ cor meũ de⁹, paratũ cor meũ. Paratũ quodcũq; p̃ceperis facere, paratũ ad nutum nutu citius obedire,paratũ tibi uacare,proximis miniſtrare:meipſum cuſtodire,& in cæleſtiũ cõtẽplatione requieſcere. ¶ Amabilis ſocius oĩbus eſt officioſus, & nulli oneroſus. Omnibus eſt officioſus:quia deuotus ad deũ,benignus ad p̃ximũ,ſobrius ad mundũ,dñi ſeruus, p̃ximi ſocius,mũdi dñs. Superiora habet ad gaudium,æqualia ad cõſortiũ,inferiora ad ſeruitiũ:nulli eſt oneroſus,ſed inferiora redigit ad utilitatẽ mediorũ, & ad honorẽ ſuperiorum:ſupiora ſequẽs,iferiora trahẽs:ab illis poſſeſſus, iſta poſſidẽs:fidelis ſeru⁹ eſt in cõtẽplatione dei, & cuſtodia ſui. Cuſtodiæ ergo tuæ adhibe pri⁹ oẽm diligẽtiã. Deinde ĩtelligẽs te nũquã poſſe ſufficere ad te cuſtodiẽdũ tua ĩduſtria,diuinã implora clemẽtiã, itẽq; ad cõtẽplandã in te creatoris tui uolũtatẽ bonã & bñplacentẽ atq; pfectã, angelicã exora tutelã,patrociniũq; oĩm cũ Xp̃o regnãtiũ Iob.19. ſup te roga,curre p ſinglos,ſupplica ſinglis, & ſiml'oĩb⁹ clama & dic. Miſeremini mei miſeremini mei ſaltem uos amici mei:recipite fugitiuũ nr̃m ſed fratruelẽ, ſed cõſanguineũ in ſanguine redẽptoris. En paup ſtat ad oſtiũ,clamat pulſat,apite pulſanti, & cõducite eũ uſq; ad regẽ:ut pſtratus corã eo iudicẽ ei oẽs miſerias & oẽs neceſſitates quas patior. Ad extremũ uerò p̃lato tuo cor tuũ cũ oĩ ingenio cõſigna,nullũ in eo remaneat pctm̃ qđ nõ pura cõfeſſiõe deleat̃: Ieſum Xp̃m etiã ſup cor tuũ ſicut ſignaculum pone. Cũ em̃ Xp̃s cordis oſtiũ cuſtodit,& eſt cordis oſtiari⁹,ut p illũ ingrediant̃ & egrediant̃ oẽs familiæ cordis,cõſequẽter adſunt milia miliũ angelorũ ad fores exteriorũ ſenſuũ excubãtiũ,nec audet alienigena irrũpe terribiles illas acies ppt̃ oſtiarij reuerẽtiã & ãgelorũ cuſtodiã.

Quomodo homo debet ſe examinare. Cap̃.V.

INtegritatis tuæ curioſus explorator, uitã tuã in quotidiana diſcutiõe examina. Attende diligẽter quãtum proficias,uel quãtum deficias: qualis ſis in morib⁹,& qualis ĩ affectib⁹:quàm ſimilis ſis deo,uel quàm diſſimilis:quàm p̃pè, uel quàm lõgè,nõ locorũ interuallis,ſed morũ affectib⁹. Stude cognoſcere te:qa multo melior & laudabilior es ſi te cognoſcis,quàm ſi te neglecto cognoſceres curſum ſyderum,uires herbarũ,cõplexiões hoĩm,naturas aĩaliũ, & haberes oĩm cæleſtiũ & terreſtriũ ſciam. Redde ergo te tibi, ſi nõ ſemp uel ſæpe,ſaltẽ ĩterdũ. Rege tuos affect⁹, dirige act⁹, corrige greſſus. In te nihil remaneat indiſciplinatũ,pone oẽs trãſgreſſiões tuas ante oculos tuos. Statue te ante te tãquã ante aliũ,& ſic temeipm̃ plange. Plora iniq̃tates & pctã quib⁹ deũ offendiſti,indica ei miſerias tuas,oñde illi malitiã aduerſariorũ tuorũ. Cũq; corã eo in lachrymis te maceraueris,p̃cor te ut memor ſis mei. Ego em̃ ex quo cognoui te,ĩ Xp̃o diligo te,& illuc mẽtionẽ tui defero,ubi & illicita cogitatio ſuppliciũ,& honeſta p̃meret̃ præmiũ. Ad altare nãq; dei cũ pctõr ſto,ſed ſacerdos,tui me comitat̃ memoria. Tu uerò mihi uicẽ reddes ſi me amaueris,& orationũ tuarũ pticipẽ feceris. Ibi recordatione tecũ eſſe pñs deſidero,ubi p te & tuis familiarib⁹ deuotas p̃ces coram deo fundis. Nec mireris ſi dixi pñs:qm̃ ſi me amas,& ideo amas qa imago dei ſum:ita tibi pñs ſum,ut tu ip̃e tibi. Quicqd enim tu es ſubſtãtialiter,hoc ego ſum. Imago em̃ dei eſt oĩs aĩa rõnalis. Proĩde q in ſe imaginẽ dei quærit,tã p̃ximũ quàm ſe q̃rit: & q illã in q̃rẽdo inuenerit, in oĩ hoĩe eã cognoſcit. Viſio em̃ aĩæ,intellect⁹ eſt. Si ergo te uides,me uides,q nihil aliud ſum quàm tu. Et ſi deũ diligis,me imaginẽ dei diligis:& ego deũ diligendo,diligo te. Et ita dũ unũ querimus & ad unũ tẽdimus,ſemper inuicem pñtes ſumus,ſed in deo,in quo nos diligimus.

Quòd hõ debet eſſe intẽtus pſalmodiæ. Cap̃.VI.

CVm ad orãdum ſiue ad pſallendũ eccleſiam intraueris,fluctuãtium cogitationum tumultus exterius relinque, curãq; exteriorum penitus obliuiſcere,ut ſoli deo poſſis uacare. Fieri em̃ nõ põt ut aliq̃n cũ deo loquat̃, qui cum toto mundo etiã tacens fabulatur. Intende ergo illi qui intẽdit tibi, audi illum loquentẽ tibi,ut ipſe exaudiat te loquentẽ ſibi. Ita fiet ſi diuinis laudibus ſoluẽdis debita reuerẽtia & ſolicitudine aſſiſtas,ſuper ſingula uerba diuinæ ſcripturæ diligenter intẽdas. Nõ q̆ ego iſta faciã dico,ſed q̆ facere uellem,& nõ feciſſe pœnitet,& nõ facere piget. Tu uerò cui maior gr̃a cõceſſa eſt,uotis & deuotis precib⁹ pias aures dñi ad te flecte,lachrymis & ſuſpirijs p tuis exceſſib⁹ illũ clementer exora,atq; canticis ſpiritualibus in oĩbus opibus ſuis illũ lauda & glorifica. Nil em̃ magis ſupnis ciuibus ſpectare libet,nil regi ſummo iucundius exhibetur, ſicut ipſe teſtatur. Sacrificiũ laudis honorificabit me. O quàm felix eẽs ſi ſpũalib⁹ oculis ſemel intueri poſſes q̃uo Pſal.49 præueniũt principes cõiuncti pſallẽtib⁹ in medio iuuẽcularũ tympaniſtriarũ? Pſal.67. Videres p̃culdubio qua cura quóue tripudio interſunt cantãtibus,aſſiſtunt orãtibus, adſunt meditãtibus,ſupſunt quieſcẽtib⁹, p̃uidẽtib⁹ atq; p̃curẽtibus p̃ſunt. Diligũt ſiqdẽ ſuos cõciues ſupnæ ptãtes, & pro his q hæreditatẽ capiũt ſalutis,ſolicite cõgaudẽt,cõfortãt,inſtruũt,ptegunt,p̃uidentq; oĩbus. Oẽs enim ipſi deſiderant aduentũ nr̃m, qm̃ ipſi de nobis expectãt ciuitatis ſuæ ruinas reſtaurari. Diligẽter q̃runt & libẽter audiunt bona de nobis,ſoliciti diſcurrũt medij inter nos & deum,nr̃os gemitus fideliſſime ad eũ portantes, ipſiuſq;

gratiam

gr̃am deuotiſſime ad nos reportãtes. Nõ dedignabuntur eſſe ſocij noſtri,qui iã facti ſunt miniſtri nr̃i. Exultare eos fecimus,qñ cõuerſi ſumus ad pœnitentiam. Feſtinemus ergo nobis eorũ lætitiã adimplere. Væ tibi quicunq; es qui deſideras redire ad uomitũ,reuerti ad lutũ. Putaſne placatos habebis eos in iudicio,quos tanto & tam ſperato priuare uis gaudio? Exultauerũt quando uenimus ad religionẽ,tãquã ſup his quos ab ipſa inferni porta cernerent reuocari. Quid uerò tũc erit,ſi ab ipſa ianua paradiſi uiderint redire & retrorſum abire eos q iã alterũ pedẽ habebant in cælo? Nã ſi corpora inferi⁹,ſed corda ſurſum. Curramus ergo nõ paſſib⁹ corpis,ſed affectibus,ſed deſiderijs,ſed ſuſpirijs:qm̃ nõ ſolũ angeli,ſed angelorum creator nos expectat. Expectat nos deus pr̃ tanquã filios & hæredes, ut cõſtituat nos ſup oĩa bona ſua. Expectat nos dei filius tanquã fratres & cohæredes,ut fructũ ſuæ natiuitatis & precium ſui ſanguinis deo pr̃i offerat. Expectat nos ſpũsſctũs:ipſe ſiquidẽ eſt charitas & benignitas in qua ab æterno prædeſtinati ſumus:nec dubium quin prædeſtinationem ſuã adimpleri uelit. Ergo quia omnis cæleſtis curia expectat nos & deſiderat,deſideremus eã quãto poſſumus deſiderio. Cum magna nanq; confuſione & rubore ad illam ueniet quiſquis uidere eã uehemẽter nõ deſiderat. Quicũq; uerò iugi oratione & aſſidua cogitatione in illa conuerſat̃:& ſecurus hinc egredietur,& cũ magna lætitia recipiet̃ in illa. ¶ Vbicunq; ergo fueris , infra temetipſum ora. Si lõge fueris ab oratorio, noli quærere locũ, qm̃ tu ipſe locus es. Si fueris in lecto aut ĩ alio loco:ora & ibi eſt tẽplũ. Frequẽter orandũ, & flexo corpore mẽs eſt erigẽda ad deũ. Sicut em̃ nullũ eſt momẽtum quo homo nõ utat̃ uel fruat̃ dei bonitate & miſericordia, ſic nullum debet eſſe momentũ quo eũ preſentẽ nõ habeat in memoria. Sed dicis. Ego quotidie oro,& orõnis meæ nullũ fructum uideo:ſed ſicut accedo ad illã,ſic & redeo,nemo mihi reſpõdet nemo loquit̃,nemo quippiã donat, ſed incaſſum laboraſſe uideor. Sic loquit̃ humana ſtultitia,nõ attẽdẽs qd inde ueritas p̃mittat,dicẽs. Amẽ dico uobis: quia Marc.11. qcqd orãtes petitis,credite quia accipietis, & fiet uobis. Noli ergo uilipẽdere orõnẽ tuã, qm̃ ille ad quẽ oras, nõ Nota. uilipendit eã,ſed antequã egrediatur de ore tuo,ipſe ſcribi eã iubet in libro ſuo. Et unũ è duobus indubitãter ſperare debebus:quoniam aut dabit nobis qđ petimus, aut qđ nobis nouerit eſſe utilius. ¶ Cogita itaq; de deo quicquid melius potes,& de te quicquid deterius uales. De illo amplius credere debes,quàm cogitare potes. Omne tẽpus in quo de deo nõ cogitas,hoc te cõputes perdidiſſe. Omnis ſiquidem res aliena eſt à nobis, tẽpus aũt tãtũ noſtrũ eſt. Vaca ergo:& ubicũq; fueris,tuus eſto. Noli te tradere:ſed cõmodare. Quocũq; loco cõſiſtis, cogitatio- Nota. nes tuas iacta in deũ,& aliquid ſalutare in animo tuo uerſa. Omnis ſiquidem locus ad meditandum congruus eſt. Tota ergo facilitate animum colligens, libere tecũ habita,& in latitudine cordis tui deambulans,ibidẽ cœnaculum grande ſtratũ Xp̃o exhibe. Mẽs nanq; ſapiẽtis ſemper eſt apud deũ. Illum ſemper ante oculos habere debemus,per quem ſumus,uiuimus,& ſapimus. Ipſum nãq; ut eſſemus habemus authorem: ipſum etiam ut ſapientes ſimus,debemus habere doctorẽ,& ut beati ſimus, internæ ſuauitatis largitorẽ. Et in hoc imaginẽ eius,hoc eſt illius ſummæ trinitatis in nobis cognoſcimus. Nã ſicut ille eſt, & ſapiẽs eſt,& bonus eſt:ſic & nos pro modulo noſtro & ſumus,& nos eſſe ſcimus,& id eſſe & noſſe diligim⁹. Vtere igitur teipſo uelut dei tẽplo, propter illud qđ in te eſt ſimile deo. Honor ſiquidem deo ſummus eſt,illũ uenerari & imitari. Imitaris,ſi pius es. Templũ enim ſanctum eſt deo mẽs pia,& artare optimũ cor eius. Veneraris,ſi miſericors es:ſicut ip̃e oĩbus miſericors eſt. Hoſtia ſiquidẽ acceptabilis eſt deo,facere bonũ oĩbus pro deo. Fac omnia ſicut filius dei,ut dignus ſis eo qui te dignatus eſt filium uocare. In oĩbus uerò quæ agis,deũ eſſe præſentẽ cognoſce. Caue ergo ne in eo qđ male delectat,uel uiſio tua uel cogitatio tua remoret̃:nec dicas neq; facias quod non licet,etiã ſi libet:nec aliquo facto uel ſigno deum offendas, q ubiq; p̃ſens cernit qcqd facis. Magna cuſtodia tibi ne- Nota. ceſſaria eſt qm̃ ante oculos iudicis uiuis cuncta cernẽtis. Cũ illo tñ ſemp es ſecurus:ſi talẽ te p̃paraueris, ut tecum adeſſe dignet̃. Si tecum non eſt per gratiã,adeſt per uindictam. Sed uæ tibi ſi ita tecũ eſt. Imo uæ tibi ſi ita tecũ nõ adeſt. Illi nãq; iraſcitur deus,quẽ peccantẽ non flagellat, Nam quẽ flagellando nõ emẽdat,in futuro damnat.

Mortis conſideratio. Capitulum.VII.

CErtum eſt qm̃ mors ubiq; minat̃ tibi, diabolus inſidiatur ut rapiat aĩam tuã quãdo egrediet̃ de corpore:tu uerò noli timere,quoniam deus qui in te habitat (ſi tamẽ in te habitat) eripiet te & à morte & à dæmone? Fidelis em̃ ſocius eſt, nec deſerit ſperantes in ſe,niſi ipſe prior deſeratur. Deſeritur autẽ cũ cor per prauas & inutiles cogitatiões uaga mẽte diſcurrit. Idcirco oĩ ſolicitudine & cuſtodia illud cuſtodire & tenere debes,ut in illo deus requieſcere poſſit. In omni nãq; creatura quæ ſub ſole mundi uanitatibus occupatur,nihil humano corde ſublimi⁹,nihil nobilius, nihil deo ſimilius reperitur. Quaproter nihil aliud quærit à te niſi cor tuum. Munda ergo illud per puram cõfeſſionem, & aſſiduam orationem,ut mũdo corde deum uidere poſſis per continuam dei circũſpectionẽ. In omni loco eſto ei ſubiectus & intentus & compone mores tuos, ut ſis in te placatus. Dilige omnes homines,& omnib⁹ te amabilẽ exhibe,ut ſis pacificus,& dei filius. Sic eris bonus monachus,ſanctus,humilis,& rectus:& cum talis fueris,memẽto mei. Væ mihi qui iſta dico,& iſta nõ facio: & ſi aliquãdo facio,nõ diu pſeuero. Iſta habeo in memoria,& nõ ſeruo in uita. Habeo in ſermonibus,& nõ in morib⁹. Legẽ in corde & in ore tota die rumino, & contraria legi ago. Lego de religione in ea,& plus diligo lectionẽ quàm orationem,uerũtamẽ nil aliud me docet diuina ſcriptura,niſi religionem amare,unitatem ſeruare, charitatẽ habere, Ego autem miſer & miſerabilis,citius curro ad lectionem quàm ad orationem:libẽti⁹ uolo legere,quàm miſſas auſcultare. Expectat me aliquis uolãs de neceſſitate ſua mihi loqui,ego uerò librum aliquem accipio, quem ille uel ille uellet habere:lego in eo,& legẽdo amitto fructus charitatis,pietatis affectus,cõpunctionis fletus , miſſarũ utilitatem,cæleſtiũ cõtemplationẽ. Nil tamẽ in hac uita dul- Nota. cius ſentit̃,nihil auidius ſumit̃,nil ita mẽtẽ ab amore mũdi ſeparat,nil ſic aĩam cõtra tentationes roborat , nil hominem ita excitat & adiuuat ad omne opus bonum, & ad omnem laborem,quàm gratia contemplationis.

Qualiter hõ debeat intente orare. Cap̃.VIII.

MIſerere mei deus,qm̃ ibi plus pecco, ubi peccata mea emẽdare debeo, In monaſterio nãq; ſæpe dũ oro,nõ attẽdo qđ dico. Oro quidẽ ore, ſed mẽte foris uagãte,orationis fructu priuor. Corpore ſum interius, ſed corde exterius : & ideo perdo quod dico. Parum enim prodeſt ſola uoce cãtare ſine cordis intentione Propterea magna peruerſitas,imo magna inſania eſt quãdo cũ dño maieſtatis loqui in orõne præſumimus,& inſenſati aurem auertimus,& ad neſcio quas ineptias cõuertimus cor. Magna quoq; inſania,& grauiter uindicãda,cum uiliſſimus puluis loquentem ad ſe audire dedignatur creatorẽ uniuerſitatis . Ineffabilis uerò eſt dignatio diuinæ bonitatis,quæ quotidie cõſpicit nos infelices aures auertentes,obdurantes corda,& nihilominus clamat ad nos dicens. Redite præuaricatores ad cor. Eſa.46. uacate & uidete quoniam ego ſum deus. Loquitur mihi Pſal.45. deus in pſalmo,& ego illi:nec tamẽ cũ pſalmũ dico,attendo cuius pſalmus ſit. Idcirco magnã iniuriã deo facio cũ illũ precor ut meã precẽ exaudiat,quã ego qui fundo nõ audio. Deprecor illũ ut mihi intẽdat: ego uerò nec mihi, nec illi intendo:ſed qđ deterius eſt,immũda & inutilia in corde uerſando, fœtorẽ horribilẽ eius aſpectibus ingero,

& ſcandalũ. Grauis lucta, & graue periculum eſt aduerſus,
domeſticũ hoſtẽ pugnare: maxime cum nos aduenæ ſimꝰ
& ille ciuis. Ille ſuam inhabitat regionẽ: nos exules ſumꝰ
& peregrini. Magnum quoq; diſcrimen eſt aduerſus dia-
bolicæ fraudis aſtutiã: tam crebros, (imo cõtinuos) ſuſti-
nere conflictus: quẽ aſtutũ fecit tam natura ſubtilis, quàm
longa exercitatio malitiæ huius.

Pſal. 58. Deprecatio pro ſeipſo. Capitulũ. XVI.

ERipe me de inimicis meis deus meus, & ab his
qui oderũt me: qm̃ cõfortati ſunt ſup me. Ego
uerò qui uſq; ad hũc diẽ contra me uixi: iãiam
per tuã gratiã mihi uiuere incipiã. Sic enim in
hoc modo uiuere debemus, ut cũ corpus cœperit à uermi
bus deuorari in ſepulchro: aĩa lætet cũ ſctis in cælo. Illuc
ſpũs dirigẽdus eſt quo eſt iturus. Illuc feſtinare debemus
ubi ſemp uiuamus, & ubi mori ampliꝰ nõ timeamꝰ. Si ſic
amamus iſtã labilẽ & caducã uitã ubi cũ tãto labore uiui-
mus: ubi comedẽdo, bibendo dormiendo uix carnis neceſ
ſitatibꝰ ſatiſfacimus: multomagis amare debemus uitam
æternã, ubi nullũ laborẽ ſuſtinebimus, ubi ſumma ſemper
iucunditas, ſumma fœlicitas, felix libertas, & felix beatitu
do: ubi ſimiles erunt hoĩes angelis dei, & fulgebũt iuſti ſi
Mat. 13. cut ſol in regno patris eorum. Qualis putas tũc erit ſplen
dor aĩarum, qñ ſolis ſplẽdorẽ habebit lux corporũ? Nul-
la erit ibi triſtitia: nulla anguſtia: nullꝰ dolor: nullꝰ timor
nullus ibi labor: nulla mors: ſed perpetua ſanitas ſemp ibi
perſeuerat. Nõ ſuggerit ibi malitia, nec carnis miſeria: nul
la eſt ibi ægritudo: nulla omnino neceſſitas, non eſt ibi fa-
mes, nõ ſitis, nõ frigus, nõ æſtus, nõ laſſitudo ieiunij: nec
ulla tentatio inimici: nec peccãdi uolũtas: nec delinquẽdi
facultas: ſed totum lætitia: totum exultatio poſſidet: hoĩes
quoq; ãgeli ſociatis, ſine ulla carnis infirmitate in perpe-
tuum manebũt. Ibi erit iucunditas infinita: beatitudo ſe-
piterna i qua q ſemel ſuſcipit̃, ſemp tenet̃. Ibi eſt reqes à la
boribus: pax ab hoſtibꝰ: amœnitas de nouitate: ſecuritas
de æternitate: ſuauitas atq; dulcedo de dei uiſiõe. Et quis
nõ illic habitare uehementer deſideret, & propter pacẽ, &
ꝑpter amœnitatẽ, & ꝑpter æternitatẽ, & ꝑpter dei uiſio-
nẽ. Nullꝰ eſt ibi pegrinꝰ: ſed qcũq; illuc uenire merebũt̃,
ſecuri in ꝑpria patria manebunt: ſemp læti & ſemp ſatiati
de uiſione dei. Et quanto plus aliqs hic deo obediens fue
rit, tãto ampliorẽ ab eo mercedem ibi recipiet: quãtoq; ã-
plius deũ amabit, tãto ꝑprius uidebit quẽ cernere cupit.

De breui uita hominis. Capitulum. XVII.

DIes hoĩs ſicut umbra ſuper terrã, & nulla eſt mo
ra: & tũc ꝑprie nihil eſt, cũ ſtare uidet̃. Cur ergo
theſaurizat in terra hõ: cũ ſine dilatiõe tranſeat
& illud q colligit̃, & ipſe qui colligit? Et tu hõ
quẽ fructũ expectas in mũdo: cuiꝰ fructꝰ ruina eſt, cuiꝰ fi-
nis mors eſt? Vtinam ſaperes & intelligeres: ac nouiſſima
prudẽter ꝓuideres. Scio quædã q ꝑ annos plurimos tecũ
familiariter uixit: ad mẽſam tuã ſedit: cibum de manu tua
ſumpſit: in ſinu tuo dormiuit: cũ uoluit tecũ colloqũ ha-
buit, hic iure hæreditario ſeruus tuꝰ eſt. Sed qa ab ineũte
ætate delicate nutriſti eũ, & uirgæ pepciſti: contumax effe
ctus eſt: leuauit calcaneũ ſuũ ſup caput tuũ, & te in ſeruitu
tem redegit, & tui crudelr̃ dñat̃. Sed fortaſſe dicẽs: qs eſt
hic? Vetꝰ hõ tuꝰ, qui cõculcat ſpm̃ tuũ, q ꝑ nihilo habet
terrã deſiderabilẽ: qui ſola quæ carnis ſunt ſapit. Hõ iſte à
natiuitate cæcus eſt, ſed ſurdus & mutꝰ ĩueteratꝰ dierũ ma
lorũ rebellis uirtuti & ueritati: inimicꝰ crucis Xp̃i deri-
det innocẽtẽ, & ſimplr̃ trãſeũtem: ambulat in magnis & ĩ
Pſal. 13. mirabilibus ſupra ſe: arrogãtia eius eſt plus quàm fortitu
do eiꝰ: nullũ reueret̃: dicit in inſipiẽtia ſua: non eſt deus ta
beſcit bonis, & malis paciſcit̃ alienis ĩmũdis cogitatiõibꝰ
paciſcit̃ nõ fatigabit̃ in illis trãſgrediẽs uſq; ad finẽ: diſp-
git & diſſipat ꝑpria, ſicut ꝓdigus: cupit & rapit aliena, ſi-
cut auarus: turpitudinem & ignominiã congregat ſibi, ſi-
mulans & callidus ꝓuocat̃ irã dei. Homo iſte totꝰ in pctĩs
natꝰ eſt, & ſic nutritꝰ, amicus iniqtatis: filiꝰ mortis uas iræ
in contumeliã: aptꝰ ad interitum. Qui cũ talis ſit: enarrat
iuſtitias dei, & aſſumit teſtamẽtũ eiꝰ ꝑ os ſuũ. Odit diſci- Pſal. 49
plinã: ꝓijcit dñm ſuũ poſt dorſum ſuũ. Cũ uidet furẽ cur-
rit cũ eo: & cũ adulteris portionẽ ſuã ponit. Aduerſus fi-
lium mr̃is ſuæ ponit ſcãdalũ: ſup terrã ẽt theſaurizat irã in
die iræ: uult à te hæreditatẽ tuã tollere, & deſup terrã au-
ferre, & tu tãtã iniuriã non uindicas ſed diſſimulas: nec ei
uerbũ durũ loqueris: nec uultũ iratũ oſtẽdis, ſed blãdiẽti
tibi arrides. Ludis cũ illuſore: neſcis qa Iſmael eſt q tecum
ludit? Ludus iſte nõ eſt pueritiæ nec ſimplicitatis uel in-
nocẽtiæ, ſed illuſio eſt aĩæ, ſed perſecutio, ſed mors. Iã te
in foueã quã fecit, ꝑcipitauit: iã effœminatus es, iam iugo
miſerrime ſeruitutis ꝑſſus, ſub pedibꝰ eiꝰ miſerẽ & uiliter
conculcaris. O miſer & miſerabilis hõ qs te liberabit de
uinculo ĩproperij huiꝰ? Exurgat deꝰ, & cadat armatꝰ iſte:
cadat & cõteratur inimicꝰ hõ, cõtẽptor dei, cultor ſui: ama-
tor mũdi, ſeruus diaboli. Quid tibi uidet̃? Si recte ſentis
mecũ dices. Reꝰ eſt mortis: crucifigat̃. Noli ergo diſſimu-
lare: noli differre: noli parcere: ſed feſtinãter, audacter, in-
ſtãter crucifige hoĩem iſtũ: ſed cruce Xp̃i, in qua eſt ſalus
& uita: ad quẽ ſi ex corde clamaueris, crucifixus tuus au-
diet te, benigne rñdens. Hodie mecũ eris in paradiſo. O Luc. 23.
Xp̃i pietas, o inopinata ſalus miſeri, Tã gratuita eſt & ꝓ-
bata dilectio dei: tã ſtupẽda dulcedo, tã inopinata digna-
tio: tã inuicta mãſuetudo, ut q ad eũ clamauerit, exaudiat
illũ: qm̃ miſericors eſt. O quãta ẽ miſericordia dei, quàm
ineffabilis mutatio dexteræ excelſi. Heri eras in tenebris
hodie in ſplẽdore lucis. Heri ĩ ore leonis: hodie in manu
mediatoris. Heri in porta inferni: hodie in delicijs paradi
ſi. Sed quid proſunt hæ literæ admonitionis: niſi deleas
de libro cõſciẽtiæ tuæ literas mortis? Quid proſunt hæc
ſcripta, lecta, & intellecta: niſi temetipſum legas & intelli-
gas? Da ergo operã internæ lectioni, ut legas, inſpicias,
& cognoſcas teipſum: legas ut diligas deũ, ut pugnes &
uincas mundũ & oẽm inimicũ: quatenus labor cõuertat̃ ĩ
requiẽ, luctus in gaudiũ, & poſt tenebras huius uitæ ui-
deas ortũ ſurgẽtis auroræ: uideas etiã meridianũ ſolẽ iu-
ſtitiæ: in quo ſpõſum cũ ſpõſa proſpicies: unum eundẽq;
dñm gloriæ, qui uiuit & regnat per infinita ſecula.

DE INTERIORI DOMO, ID EST conſcientia ædificanda, tractatus utilis.

DOmus hæc in qua habitamꝰ: ex omni
parte ſui ruinã nobis minat̃. Idcirco
quia in breui eſt caſura: alia nobis eſt
ædificanda. Redeamus ergo ad nos,
& diſcutiamus conſcientiã noſtrã. Nã
ſicut corpꝰ noſtrũ tabernaculũ dicit̃,
in quo militamus: ſic cõſciẽtia noſtra
domus uocatur: in qua poſt militiam requieſcimus & ille
recte militat qui per militiam quã exercet in corpore, do-
mum ædificat conſciẽtiæ. Diligenter exerce agrũ tuũ, ait ꝑuc. 24.
ſapiẽs, ut poſtea ædifices domũ tuã. Ager iſte corpus no-
ſtrũ eſt, cuius ſenſibus & motibꝰ ſic recte utimur, animiq;
imperio eos ſubijciẽtes in uſum uirtutis inflectimꝰ, dum
corpus aĩo indeſinẽter, & animꝰ deo ex toto ſubijcit̃. His
nimirũ modis interior cõſciẽtia ædificat̃: quã utiq; bonã
faciũt præteritorũ malorũ cõdigna ſatiſfactio, & inſtãtiũ
malorũ cauta ꝓuidaq; declinatio. Cõdigna ſatiſfactio eſt
mala facta corrigere, & correcta non reiterare. Conſciẽtia
uerò ꝑpetua eſt: quæ nunquã finit̃: ſicut nec aĩa. Quæ cũ
ſit immortalis: ſicut nõ poteſt eſſe nõ aĩa: ſic nunquã põt
eſſe ſine cõſciẽtia. Conſciẽtia nãq; eſt ĩſeparabilis gloria,
uel cõfuſio uniuſcuiuſq; pro qualitate depoſiti.

Conſcientiam prius eſſe mundandam quàm ædificandam. Capitulum. I.

HAec ergo cõſcientia in qua aĩa ꝑpetuo mãſura
eſt, ædificãda eſt, ſed prius mũdãda. Et quis eã
mũdabit? Profecto deus & hõ. Homo ꝑ cogi-
tationes & affectiões: deus uerò ꝑ miſericordiã
& gratiam. Cogitationes & affectiones neceſſariæ ſunt in
conſcientiæ

conſciẽtiæ mũdatione: cogitatiões in inueſtigatione ue-
ritatis: affectiões in exercitatiõe uirtutis. Porrò mĩa mo-
do delet peccatũ: modo dat uirtutẽ reſiſtẽdi peccato: nũc
ſubtrahit peccãdi occaſionẽ: nunc immittit amaritudinẽ:
plerũq; ſanat affectionẽ. Gratia adiuuat ad bonum: defen
dit cõtra malũ: erudit ad utrũq; diſcernendũ. Homo igit̃
per ueritatẽ ſtimulatus: peccata ſua cõfitet̃: deꝰ aũt ꝑ mi-
ſericordiã flexus cõfitẽti miſeret̃. Ois nãq; ſpes ueniæ &
miæ in cõfeſſione eſt: nec poteſt quis iuſtificari à pctõ, ni-
ſi prius fuerit confeſſus peccatũ. Ex eo em̃ unuſquiſq; iu-
ſtus eſſe incipit, ex quo ſui accuſator extiterit.

De miſericordia & ueritate: & de oſculo pacis, & oſculo iuſtitiæ. Capitulum. II.

FElix conſciẽtia, in qua mĩa & ueritas obuiaue-
runt ſibi: iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Veritas
Pſal. 84 cõfitẽtis, & mĩa miſerẽtis, obuiauerũt ſibi qm̃
nõ põt illi miſericordia deeſſe, q ſe cognoſcit
in ueritate. Oſculũ iuſtitiæ eſt inimicos diligere: parẽtes
& ꝑpria quæq; ꝑpter deũ relinquere: illatã iniuriã patiẽ-
ter ferre: oblatã gloriã ubiq; declinare. Oſculũ pacis eſt
odiẽtes inuitare ad pacẽ: diſcordantes ad cõcordiã reuo-
care: aduerſarios pacifice ſuſtinere: errãtes pie & benigne
docere: mœrẽtes clemẽter mulcere, & cũ oĩbus pacẽ hr̃e.

De ſtatu animæ in Xp̃o confirmatæ. Cap̃. III.

BEata illa aĩa, quæ in pace Chriſti fundata eſt,
& in dei amore ſolidata: quæ cũ exterius bella
patit̃, pax interius non turbatur. In qua quæ-
cunq; moleſtiæ foris perſtrepẽt, uſq; ad ſilen-
tium internæ quietis nõ irrumpũt: qm̃ guſtu internæ dul
cedinis tacta, intus eſt per deſideriũ collecta: nec iam foris
enormiter in carnis uoluptates diſſoluit̃: quia totũ intus
poſſidet in quo delectat̃: atq; ita in ſemetipſa pacificata,
dum nihil eſt qđ foris appetit, tota ꝑ amorẽ intus reqeſcit.
& cũ tota ad internũ gaudiũ colligit̃, ad imaginẽ dei re-
format̃: quã in ſe uenerat̃. Talẽ aĩam frequẽter uiſitãt an-
geli atq; archãgeli, & honorificant: utpote dei tẽplum, &
ſpiritusſancti habitaculũ. Eſto igit̃ templũ dei, & deus ex-
celſus habitabit in te. Aĩa em̃ deum habẽs in ſe, templum
dei eſt: in quod diuina myſteria celebrantur.

Dedignatur deus uiſitare eam animã quæ nõ ſtudet in ſe conſiſtere. Capitulum. IIII.

POrrò aĩa quæ nõ ſtudet in ſe conſiſtere, nec in
amore dei deſideriũ figere, per oculos & aures
alioſq; corporis ſenſus foras egreditur: atq; in
his exterioribꝰ delectat̃. Sed cũ inuenerit por-
tas iſtas clauſas: tunc rediẽs ad ſe, & uidens ſe nudã & de-
ſolatam, inæſtimabili confuſione & horrore cõcutiet̃. Et
quia mundi conſolationẽ quæſiuit: illã quæ à deo intus
in cõſciẽtia datur, nõ habitabit. Et nõ ſolũ eã dedignabit̃
deus uiſitare: ſed nec ip̃a quidem male ſibi cõſcia, ſeip̃am
poterit tolerare. Requiẽ in ſe nõ poterit habere: quoniã
illum dereliquit cum quo habitare & requieſcere debuit.
Cogita ergo in ſocietate aliorũ nũc poſitus: qa nõ pote-
ris ſemper manere cũ illis. Et interim elige tibi ſociũ illũ
qui cum ſubtracta tibi fuerint hæc oĩa, tibi fidẽ ſeruabit
qui dilectoribus ſuis fidẽ ſeruat: nec recedit in tẽpore an-
guſtiæ. Deus tuus ille eſt: quem eligere debes.

Quòd anima uolẽs deũ habitare in ſe, debet ab il- licitis cogitationibus mundare conſciẽtiam: & ſolum deum deſiderare Capitulum V.

OMnes igitur cordis diſtractiones, & mẽtis flu-
ctuationes in unũ collige, & in ſolo deo totũ
deſiderium tuũ fige: & ibi ſit cor tuum, ubi eſt
theſaurus tuus deſiderabilis multũq; amabi-
lis. Ipſe em̃ frequẽter uiſitat & libẽter inhabitat trãquil-
litatem cordis, & ocium quietæ mentis: quoniam pax eſt,
Pſal 75. & in pace factus eſt locus eius. Propterea talẽ te præpara,
ut tecum adſit deus: ſit in ore: ſit in corde: ſemper tecum
eat: tecum redeat: nec recedat à te. Nunquã ille te dimit-
tet: niſi prior illum dimiſeris. Vbicunq; fueris, nũquã ſo-
lus eſſe poteris ſi deus tecum erit.

Conſcientia mundata aduentum Chriſti expectare debemus. Capitulum. VI.

MVnda igitur conſcientiam tuã, & ſemper para
tus eſto, ut quacunq; hora uenerit dñs, & tecũ
habitare uoluerit: paratã ſibi in te inueniat mã
ſionem. Ipſe nãq; dixit: Facite mihi ſanctuariũ, Exo. 25.
& ego habitabo ĩ medio ueſtri. Studeamus ergo templũ
deo ædificare in nobis: primo quidẽ ut in ſingulis nobis,
deinde ut in omnibus ſimul inhabitet: quia nec ſingulos
dedignabitur, nec uniuerſos. Primo igitur ſtudeat unuſ-
quiſq; ne diſſideat ipſe à ſemetipſo: quoniam omne regnũ
in ſeipſum diuiſum deſolabitur: & domus ſupra domũ ca- Lucæ. 11.
det nec intrabit Chriſtus ubi parietes inclinati fuerint, &
maceriæ depulſæ. Vult habere anima corporis ſui domũ
ĩtegram, & exire eam neceſſe eſt ſi fuerint à ſe inuicem mẽ
bra diſperſa. Videat igitur & ipſa ſi deſiderat Chriſtũ per
fidem inhabitare in corde ſuo, id eſt in ſeip̃a: uideat & ſoli
cite caueat ne à ſe inuicem membra eius diſſideant: id eſt
ratio uoluntas, & memoria. Dignum habitaculum parat
deo cuius nec eſt ratio decepta: nec uolũtas peruerſa: nec
memoria inquinata. Felix illa anima eſt, quæ domum cor-
dis ſui ſic de peccatorum ſordibus ſtudet emũdare, & ſan
ctis ac iuſtis operibus adimplere, ut in ea non ſolum ange
los: uerũetiam dominũ angelorum habitare delectet. Mũ
data domo, cũctiſq; malis ab ea excluſis, omnibus bonis
impleatur: ne ſit uobis neceſſarium aliquid foris quærere
qui omnia forinſeca reliquimus.

De ſeptem columnis erigendis ad ædificandum domum conſcientiæ. Capitulum. VII.

SApientia ergo ædificet ſibi domum: erigat co-
lumnas ſeptẽ: quibꝰ tota fabrica ĩnitat̃. Domꝰ
eſt cõſcientia: colũne ſunt bona uoluntas, me-
moria. ſ. memorẽ eſſe bñficiorũ dei: cor mundũ,
animus liber, ſpũs rectus, mens deuota, ratio illuminata.

Erectio primæ columnæ quæ eſt bona uoluntas. Capitulum. VIII.

PRima igit̃ colũna prior erigat̃, Nã inter omnia
dei dona quæ ad ſalutẽ hoĩs ſpectare uidentur:
primum & principale bonũ bona uoluntas eſſe
cognoſcit̃: per quã imago ſimilitudinis dei in
nobis reparat̃. Primũ eſt: qa à bona uoluntate bonũ oẽ
inchoat̃. Principale em̃ qm̃ bona uolũtate nihil hominibꝰ
utilius datur. Quicqđ homo facit: bonũ eſſe nõ poteſt, ni-
ſi ex bona uolũtate ꝓcedat. Sine bona uolũtate oĩno ſal-
uari quiſpiã nõ poteſt: cũ bona uolũtate nemo perire po-
teſt. Voluntas bona nec dari poteſt inuito: nec auferri niſi
uolenti. Voluntas hoĩs eſt; poteſtas dei. Volũtas hoĩs eſt:
quia uelle in uoluntate hoĩs eſt: & ideo totũ meritũ in uo
luntate eſt. Quantũ uis: tantum mereris. Quãtum creſcit
uoluntas tua bona: tantũ creſcit meritum tuũ. Fac igitur
magnã bonã uoluntatẽ tuã: ſi uis habere magnũ meritũ.
Ita deus ut pijſſimꝰ & miſericordiſſimus pater in eo redẽ-
ptionem noſtrã poſuit in quo nullꝰ niſi uelit poteſt ege-
re. Amare nanq; homines æqualitar poſſunt & diuites &
pauperes: etiam ſi pecuniã æqualiter dare nõ poſſunt. Vo
luntas tamen bona non eſt ſi nõ operatur quod poteſt.

De ſecunda columna quæ eſt memoria beneficiorũ dei. Capitulum. IX.

REcordemur ergo miſericordiarũ dei, ut
ſic accẽdamur ĩ eiꝰ amorẽ. Reuocemus ad
memoriã bona q̃ tribuit nobis: quõ ĩ peri
culis ſæpe cõſtitutos clemẽt̃ nos eripuit:
nec ũquã peccatis noſtris q̃minꝰ miſereret̃
uici potuit: oblitos ſui de ſe admonuit: a-
uerſos à ſe reuocauit uenientes ad ſe begnignè ſuſcepit pe
nitẽtibꝰ ĩdulſit: ꝑſeuerãtes cuſtodiuit: ſtãtes tenuit: lapſos
erexit: malas delectatiões ĩ amaritudinẽ cõuertit: & rurſus
ſalubrit̃ amaricatis cõſolatiões ſuas tribuit. Poſtremò tri-
bulatiõe purgatis, qetẽ & pacẽ ꝑfectã reſtituit: q nec peccã
tibꝰ ũquã defuit ut corrigeret: nec iuſtis ut cuſtodiret. Re
cogitemꝰ quãta bona deꝰ fecit nobis nõ rogantibꝰ, neq;

desiderantibus :imo recuſantibꝰ : & quàm multa peccata dimiſit nobis:& à quantis periculis liberauit nos liberator deꝰ. Quàm magna dignatio pietatis fuit ꝙ igratos & ĩ multis cõtrarios, à tam multis peccatis cuſtodiuit nos dei gratia: in quæ potuimus cadere, ſicut in alia multa cecidimus :idcirco ſicut nullũ eſt momẽtũ ĩ quo nõ utamur uel fruamur dei pietate & mĩa: ſic nullum debet eſſe momentũ in quo eum præſentẽ nõ habeamus in memoria.

De tertia calumnia ꝗ eſt cor mũdum. Capitulum. X.

SEquitur ut eũ à quo tãta beneficia accepimus, toto corde diligamus: hoc eſt tota cogitatiõe, tota affectione, ſine defectione. Sit cor rectum ut ei per omnia placeat deus. Sit rectum rectitudine intẽtionis: excluſione peruerſæ cogitationis: aſſiduitate contemplationis. Sit paratum ſequi uolũtatem dei: ĩ quãcũꝗ partem inclinari eam cognouerit. Sit ſurſum ad ſola cæleſtia & diuina cõtẽplanda & deſiderãda. Sit purũ ut nihil morari intra ſe patiaꝛ mali: nec modicum quidem offendiculũ tolerabile reputet aut in cõſcientia ſua , aut ĩ aliena. Sit dulce dulci reſpõſione: ſuaui admonitione: benigna reprehẽſione: moderata correctione. Sit mũdũ, ut totius immũditiæ ſpurcitias reſpuens , cogitationũ ſicut actionũ peccata deploret: defleat pro ſua miſeria & aliena. Lugeat nõ ſolũ ſua delicta, ſed etiã aliena: compũgatur ꝑ malis quæ commiſit, & bonis quæ neglexit.

De animo libero, quarta columna. Capitulum. XI.

ANimus uerò ſit liber à mundi ſolicitudinibꝰ: à carnis uoluptatibꝰ: à prauis cogitationibus; ut poſſit cũ uoluerit aut ſibi intẽdere: aut utilitati fratrũ miniſtrare: aut in contẽplatiõe cæleſtium requieſcere. Sit firmus, ut nulla repentina perturbatione cõcutiaꝛ: nõ capiaꝛ illecebris: non frangaꝛ moleſtijs: nulla ira, nulla impatiẽtia pacem quietẽꝗ animi turbare poſſit qm̃ Xp̃s pax eſt: & in pace requieſcit pacis amator : & in perturbato aĩo habitare nõ põt. Sit conſummatus in dei dilectione. hoc em̃ eſt diligere deũ, illi occupare animũ, cõcipere fruẽdæ uiſiõis eiꝰ affectũ, habere peccati odiũ, mũdi cõtẽptũ, diligere ꝓximũ, quẽ ipſe cenſuit diligẽdum

De recto ſpiritu, columna quinta. Capitulum. XII.

SPiritus autẽ ſit rectus: ab oĩbus terrenis & præſentibꝰ prorſus auerſus. Et ideo inſeparabiliter iũctus & unitꝰ, pia deuotione aſcendat & uiſitet ſupernas ſedes: & multas quæ ĩ domo patris ſunt manſiones: humiliter ſe proſternens ante thronũ dei & agni. Currat per plateas ſupernæ Sion: audiat illud melos angelorũ: & cũ reuerẽtia ſupplicet cunctis ordinibus beatorũ ſpirituũ, ſingulis per ſe, & ſimul oĩbꝰ ſe cõmẽdãs. Tantã uerò gratiã nõ meretur accipere animꝰ qui in ſui cognitione diu exercitatꝰ & plenè eruditꝰ nõ eſt, fruſtra em̃ cordis oculũ erigit ad uidẽdũ deũ: qui nõdũ idoneus eſt ad uidẽdũ ſeipſum. Prius em̃ neceſſe eſt ut cognoſcas ĩ uiſibilia ſpũs tui, quàm poſſis eſſe idoneus ad cognaſcẽda inuiſibilia dei. Etſi nõ potes cognoſcere te: nõ præſumas apprehendere ea quæ ſunt ſupra te.

Rationalis animus ſpeculum eſt ad uidendum deum. ¶ Capitulum. XIII.

Rom.1. PRæcipuũ & principale ſpeculũ ad uidẽdũ deũ: eſt animus rationalis inueniens ſeipſum. Si em̃ inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt ĩtellecta cõſpiciuntur: ubi quæſo quàm in eiꝰ imagine cognitionis eiꝰ ueſtigia expreſſiꝰ impꝛ̃ſſa reperiũtꝛ: Tergat ergo ſpeculũ ſuũ: mũdet ſpiritũ ſuũ qſqs ſitit uidere deũ ſuum. Beati mũdo corde: qm̃ ipſi deũ uidebũt. Hoc ſpecu-

Matt.5. lum uerus pœnitens nõ ceſſat quotidie ĩſpicere, tergere, tenere, & cuſtodire. Inſpicere ſi aliqd ĩ eo reperiat ꝙ deo diſpliceat. Tergere nõ ſolũ peccata actionũ, uerum etiam cogitationũ, ut nihil in eo remaneat quod deũ offendat. Tenere, ne & deorſum corruẽs: terræ ꝑ amorẽ ĩhæreat, & ne inanium cogitationũ puluere ſordeſcat. Cuſtodire, ut ille cuiꝰ tabernaculũ eſt cũ hoĩbus, cuius deliciæ ſunt eſſe cũ filijs hoĩm, qui ad oſtiũ ſtat & pulſat quacunꝗ hora intrare uoluerit, receptaculũ mũdum inueniat. Deus enim qui mũditiæ amator eſt, cor pollutũ habitare nõ poteſt.

De illuminatione animi. Capitulum. XIIII.

EXterſo igitur ſpeculo , & diu diligẽter inſpecto: incipit ei quædam diuini luminis claritas interlucere, & immẽſus quidã inſolitæ uiſiõis radius oculis cordis apparere. Ex huius luminis uiſione animus inflãmatus, incipit mũda cordis acie ſuperna & interna cõſpicere: deũ diligere: deo inhærere: cũcta quæ adſunt, tãquã nõ ſint cõſiderat: cũctis ſuis affectionibus renũciat: & totus ſoli incũbit amori: ſciẽs ſolũ illũ eſſe beatũ, q deũ amat. Porrò ad tantã gratiã nunquã ꝑtingit mẽs ꝑ ꝓpriã induſtriã: dei donũ eſt hoc, nõ hoĩs meritũ. Sed abſꝗ dubio talẽ ac tantã gratiam ille accipit qui deſerit curã ſeculi, & agit curã ſui: q ſtudet ſe frequenter cogitare: & diligẽter agnoſcere qd ipſe eſt. Redi ergo ad cor tuũ, & diligẽter diſcute ſeipſum . Conſidera unde uenis, quo tendis, qũo uiuis, quid agis, qd amittis, quãtũ quotidie ꝓficis, uel quantũ deficis, quibꝰ cogitationibꝰ magis incurſaris, quibꝰ affectionibꝰ frequẽtius tãgeris, uel quibꝰ tẽtationũ maculis à maligno ſpũ acrius impugnaris. Cum totũ interioris exteriorisꝗ hoĩs ſtatũ & habitũ inquantũ poſſibile eſt plenè cognoueris: & nõ ſolũ qualis ſis, uerũ etiã qualis eſſe debueras: de cognitiõe tui poteris ſubleuari ad cõtemplationẽ dei. Quãtũ nãꝗ quotidie ĩ cognitionẽ tui ꝓficis, tm̃ ad altiora ſemper tendis. Sed iam foraſſis aſcẽdiſti, iam ad cor tuũ rediiſti, & ibi ſtare didiciſti: nec hoc ſufficiat tibi: diſce ibi habitare, & mãſionẽ facere: & qualicũꝗ mẽtis uagatiõe inde abſtractus fueris, illic ſemper redire feſtina. Abſꝗ dubio per multũ uſum qñꝗ tibi uerteꝛ in oblectamentũ : intantũ ut abſꝗ ulla laboris difficultate poſſis ibi aſſiduus eſſe: qnimo pœna tibi potius ſit alibi quàm ibi morã aliquã facere.

Repellendæ ſunt uanæ cogitationes à corde. Capitulum. XV.

SI ergo ꝑſenſeris deſideria tua circa exteriores delectationes affici, & cogitatiões tuas iugiter in eis occupari: cũ magna ſolicitudine cõpelle eas: nec ꝑmittas ad cor tuũ intrare: ſed redi ad cor tuum, & ibi intrare & habitare omnimodo ſtude.

De deuota mente, columna ſexta. Cap. XVI.

MEns enim quæ ſe ad ſui cõſiderationẽ nõ ſubleuat, ſed adhuc per uaria deſideria ſpargitur, & uarijs cogitationibus huc illucꝗ diſtendiꝛ, nõ poteſt ſeipſam in unũ colligere, quia nõdũ nouit ad ſeipſam intrare, ſed adhuc in imo eſt cogitatiõe & conuerſatione. Ideoꝗ nõ poteſt ad ea quæ ſupra ipſam ſunt, pẽna cõtemplationis eualare. Diſcat ergo diſperſiones cordis congregare: aſſueſcat in internis ſuis immorari: ſtudeat uagationes mentis reſtringere: & exteriora oĩa obliuiſci. Diſcat ſola bona interiora amare, & illa frequẽtius cogitare, q ad cæleſtiũ cõtẽplationẽ anhelat, q in diuinorum notitiã ſuſpirat. Cumꝗ ſe diligẽter attẽderit, & diutiꝰ quæſierit: cũ tãdẽ inuenerit qualis ſit, reſtat ut reuelatiõe diuina cognoſcat qualis eſſe debeat, quale mẽtis ædificiũ deo ꝑ̃pare, & qbꝰ obſequijs eũ placare oporteat.

Poſt cogitationes uanas depulſas cor eleuatur ſupra ſe. Capitulum. XVII.

QVi ita euagationes mentis in unũ colligit, & omnes cordis motus in uno æternitatis deſiderio figit: ꝑfectò iam ad cor ſuũ rediit, & iam ibi libẽter moraꝛ, ac mirabiliter delectaꝛ. Et cũ ſeipſum præ gaudio iam capere nõ poſſit, ſupra ſeipſum duciꝛ, & per exceſſum mẽtis ad ſumma eleuaꝛ: atꝗ ita per ſeipſum ſupra ſemetipſm, per cognitionẽ ſui ad cognitionem dei aſcẽdit ut diſcat ſolũ deũ amare, & ipſum indeſinẽter cogitare, & in eo delectabiliter requieſcere. ¶ Cũ ſic amor Xp̃i totũ abſorbuerit affectũ hoĩs, ut negligens & immemor ſui, nõ niſi Ieſũ Xp̃m, & ea ꝗ ſunt ĩ Ieſu Xp̃o ſentiat: tũc demũ (ut arbitror) ꝑfecta ẽ ĩ eo charitas. Huic itaꝗ q ſic affectꝰ eſt, nõ eſt oneroſa ꝑauptas: iſte nõ ſentit iniurias: ridet opprobria: cõtemnit damna: mortem lucrũ reputat: imo nec mori ſe putat: cum magis de morte ad uitam tranſire ſe ſciat. Quem ſic amor dei intrinſecus ligatũ tenet, nec ad modicũ quidẽ exire exterius ualet, ſed interius in eius deſiderio flagrat, tanto amplius , quãto familiarius: & eò uehemẽtius, quò frequentius.

De raptu cordis, & quid in eo raptu uideatur. Capitulum. XVIII.

QVi ſic in amore dei iugiter delectaꝛ, frequẽter mentis exceſſus patitur: ab oĩbus præſentibꝰ & terrenis raptꝰ, corã deo ꝑ̃ſentaꝛ: & dũ pulchritudinẽ eiꝰ cõſiderat, magnitudine pulchritudinis eius attonitꝰ, totꝰ in eiꝰ admiratione ſuſpẽdiꝛ. Miraꝛ regis gloriã, regni magnificẽtiã, ſupernæ ciuitatis nobilitatem: & ciuiũ felicitatẽ: cõtemplaꝛ etiã gloriæ decorẽ, dei bonitatẽ, internæ ſuauitatis dulcedinẽ, & æternæ quietis trãquillitatẽ. Meditaꝛ patris potẽtiã, filij ſapiẽtiã, ſpũſſcti ĩ benignitatẽ, & angelicæ naturæ beatitudinẽ: delectaꝛ de deo in deũ cum eiꝰ pietatẽ miratur, & decorẽ cõtẽplaꝛ. O quàm iucũdũ ſentiꝛ, ſi nõ eſſet tam modicũ raptũ. Rapitur dum ſola cæleſtia cõtẽplaꝛ, & cõtẽplãdo iucũdaꝛ. Sed cum ibi ſtare diutiꝰ conaꝛ, ſubito labiꝛ: & rediẽs ad ſe, nulli poteſt intimare qđ uidit ſupra ſe: ſed agnitione ſuauitis illectus, guſtatæ dulcedinis ſuauitatẽ & illã cæleſtẽ ĩfuſionẽ lætitiæ ſpũalis intra ſemetipſum miraꝛ. Reuoluit etiam in corde ſuo tacita mẽte incorporeæ lucis claritatẽ, & ĩtimæ ſatietatis ſaporẽ, & illud internæ qetis ſecretũ, & ſummæ trãquillitatis arcanũ. In huiꝰ cõtemplatione contẽplationisꝗ dulcedine mens delectabiliter afficiꝛ , & mirabiliter delectaꝛ. Volet ergo, & nõ deficiat. Volet donec ante regẽ perueniat: ibiꝗ ploret & ſuſpiret: mactetꝗ ſe ĩ lachrymis, deprecetur ueniam, poſtulet gratiã: nec inde recedat, quouſꝗ deũ quem nimiũ offenderat, placatũ ſentiat, & ab eo conſolationem recipiat.

Illuminata ratio, colũna. vij. Ca. XIX

DEniꝗ ratio per mentis exceſſum in cõtẽplationem ſublimiũ ſubleuata, & in diuinæ cõtemplatiõis arcanũ rapta: atꝗ ibi illuminata ad cognitionem ueritatis & ueri luminis, inflammata ad deſiderium bonitatis: oẽs illicitas uoluptates, affectiones, & uagas memoriæ cogitationes, cordis diſperſiones, animi fluctuationes, ſpũs euagationes, & mentis diſtractiões in unum colligit, atꝗ in illo fœlicitatis fonte totũ ſuũ deſideriũ figit. Locum ſuperiorẽ ratio ſemper obtineat: nulluſꝗ motus aduerſus eam ſit rebellis, ſed omnia ei obtemperent, ſicut & ipſa obtemperat deo. Si uerò aliquẽ motũ ad id quod nõ debet, uel quõ non debet, moueri ſenſerit: non cõſentiat, ſed illico reſiſtat. Nam ſolus cõſenſus reos nos facit, etiã ſi aliqd impediat ne opa ſubſequãꝛ. Tũc em̃ anima mori ſicut ſcriptũ eſt diciꝛ, cũ ipſa ratio ad peccatũ

Ezec.18. per cõſenſum curuaꝛ. Anima em̃ quæ peccauerit, ipſa morietur. Reſiſtat ergo ne moriaꝛ: pugnet ut coroneꝛ. Moleſta ẽ lucta, ſed fructuoſa: quia ſi habet pœnã, habebit & coronam. Non nocet ſenſus, ubi non eſt cõſenſus: imo qđ reſiſtentem fatigat, uincentem coronat.

Quõ ædificatur bona cõſciẽtia. Cap. XX.

SIc nimirũ ſic ædificatur bona cõſcientia. Bona conſcientia eſt quæ pctã præterita punit, & puniẽda cõmittere refugit: quæ ſi pctm̃ ſẽtiat, peccato non cõſentit, quã ſi cogitatio inquinat, ratio lauat. Recta cõſciẽtia eſt cui ſuum peccatũ diſplicet, & alieno nõ cõſentit: nec ꝓpter hoc peccatorẽ dimittit: nec eius pctm̃ diſſimulat, & cũ corripit nõ inſultat. Trãquilla eſt quia oĩbꝰ eſt dulcis, nulli grauis, utens amico ad gratiam, inimico ad patientiã, cũctis ad beneuolẽtiã, & quibꝰ poteſt ad beneficẽtiã. Talibꝰ em̃ domus aĩæ ædificaꝛ. Qđ ſi forte (ut fieri ſolet) fur aduenerit, qui nõ uenit niſi ut furetur & mactet & perdat: ſi inquã fur uenerit .i. uel cordis elatio intrinſecꝰ oriẽs, uel appetitꝰ hũanæ laudis extrinſecus aduenięs, ſeu aliqua quælibet peſtis quæ domum iſtã machineꝛ perfodere: tunc rõnis ira quaſi canis theſaurum cuſtodiens, euigilet, latret, mordeat, & iugulet: irruens in hoſtes, nemini parcat: nullũ intrare ꝑmittat, ſed clamitet, & excitet intus habitãtes ad arma capeſcenda. Vndecũꝗ uitiũ ſiue clàm ſiue palã nocere tẽtauerit: procul illud arceat, ut ſit ſecura cõſcientia. Secura eſt quãdo accuſationẽ non patiꝛ uel pro tẽpore boni, uel pro præſumptiõe mali. Mũda eſt & bene ſibi cõſcia cum nec de præterito iuſte accuſatur, nec de præſenti iniuſte delectatur. Pura eſt cui deꝰ nec ſua peccata imputat, quia nõ fecit: nec aliena, quia nõ approbauit: nec negligentiã, quia nõ tacuit: nec ſuperbiã, quia in humilitate permanſit.

Citius & utilius acquiritur bona conſciẽtiaꝗ ſcientia. Cap. XXI.

MVlti quærũt ſcientiã : pauci uerò cõſcientiã. Si uerò tãto ſtudio & ſolicitudine quæreretur cõſciẽtia, quãto quæriꝛ ſecularis & uana ſcientia: & citius apprehẽdereꝛ, & utiliꝰ retinereꝛ. Cogitate nãꝗ de cõſciẽtia, ſenſus eſt conſummatꝰ: & q cuſtodit illã, ſemp erit ſecurꝰ. Salua reuerẽtia ſapiæ: utiliꝰ eſt currere ad cõſcientiã, quã ad ſapiam : niſi ſapientia illa ſit quæ ædificet cõſcientiã. Tunc enim ſe intelligit aĩa: tũc illuſtratur cõſcientia: tũc impletur cor bona cõſcientia: cum in ſe deũ, & in deo mutua reuolutiõe ſeipſam receperit imago creata. Creatrix imago ĩ imagine creata, nihil aliud eſt in ſi ſapientia in aĩa: niſi gloria in cõſciẽtia : niſi ſanctificatio in arca. O quàm ineffabilis eſt pietas dei, quæ tantã maieſtatẽ inclinat ad tantã humilitatẽ: qui creauit nos, creaꝛ in nobis. Et quaſi parũ eſſe nos deũ patrẽ habere : uult etiam nos fieri ſibi & matrẽ: Quicũꝗ, inqt, fecerit uolũtatem pa- Mat. 12.
tris mei qui in cælis eſt: ipſe meꝰ frater & mater eſt. Frater obediendo: mater generãdo. Frater per hæreditatis participationẽ: mater per aliorũ inſtructionẽ. O fidelis aĩa expande ſinus: dilata affectus: ne anguſtieris ĩ uiſceribꝰ tuis cõcipere quẽ totus orbis nõ potuit comprehendere, donec uirgo beata illũ fide cõcepit. Fide nãꝗ Xp̃s cõcipiꝛ: uerbi prædicatione naſciꝛ, deuotione nutriꝛ: amore teneꝛ. Sit ergo cõſcientia pura, ut deũ cõducat ad hoſpitiũ noſtrum, ſit ſolicita circa fidele obſequiũ, ne tãta maieſtas recuſet cordis gremiũ, ſit deuota, ut ſoli deo placeat, ſoli deo intendat: nec recedat ab eo. Talis cõſcientia lætificat animam, & exhibet ſe deo gratã, & hoĩbus & angelis reuerẽdam, & ſibimetipſi placata & quieta exiſtit.

Quis ſit conſciẽtiæ fructus. Cap. XXII.

COnſcientia eſt cordis ſciẽtia: quæ dupliciter intelligitur: uidelicet ut illa quæ ſe nouit per ſe, uel illa quæ præter ſe etiã alia nouit ex ſe. Cor em̃ & ſe nouit ſua conſcientia, & multa alia. Qñ nouit ſe, appellaꝛ cõſcĩa: qñ præter ſe alia, noĩatur ſcientia. Conſciẽtia bona, titulus eſt religiõis, templũ. Salomonis ager benedictionis, hortus deliciarũ , aureũ reclinatoriũ, gaudiũ angelorũ, arca fœderis, theſaurus regis, aula dei, habitaculũ ſpũſſancti, liber ſignatus & clauſus, & in die iudicij aperiendus. Nihil eſt iucundius, nihil tutius, nihil ditius bona cõſcientia: præmat corpus, trahat mundus , terreat diabolus: & illa erit ſecura. Bona conſcientia ſecura erit cum corpꝰ morieꝛ: ſecura cum aĩa corã deo præſentabitur: ſecura cũ utrũꝗ in die iudicij ãte tribunal terrificũ iuſti iudicis ſtatueꝛ. Futuræ beatitudinis non eſt utiliꝰ remediũ nec certius teſtimoniũ bona cõſcientia: cum mundus omni uolubilitate circũrotetur: ploret, rideat, pereat, tranſeat, nunquã marceſcit bona conſcientia. Subijciatur corpus in pœna, in ieiunijs macereꝛ, uerberibus lanietur eculeo diſtendatur, gladio trucidetur, crucis ſupplicio affigatur: & ſecura erit cõſcientia.

Quod in ſpeculo cõſcientiæ ſtatus ĩterioris & exterioris hominis cognoſcitur. Ca. XXIII.

IN ſpeculo conſcientiæ ſtatus exterioris & interioris hoĩs cognoſciꝛ. Anima enim nõ nouit ſe quæ ſine ſpeculo eſt. Speculũ mundũ clarum & purũ totius religionis, bona conſcientia. Sicut enim mulier quæ uiro ſuo ſiue amico placere deſiderat, in

contuitu ſpeculi imaginē oppoſitā reddētis, decorem &
pulchritudinem faciei componit: ſic anima in quibus ab
imagine ueritatis diſcedit, uel in quibꝰ ueſtigia creatricis
imaginis recipiat, in conſcientia relegit & intelligit. Non
immerito cōſcientiā ſpeculo cōparauimꝰ: qm̃ in ea tāquā
in ſpeculo rationis oculus tam quod decens quàm quod
indecens eſt in ſe: claro aſpectu apprehendere poteſt:

Conſcientia acquiritur per cordis cuſtodiā.
Capitulum. XXIIII.

VIta uniuſcuiuſqꝫ nō cognoſcitur niſi in cōſciē-
tia: nec uenitur ad bonam cōſcientiam, niſi per
cordis cuſtodiam. Cor enim ſuo arbitrio dimiſ-
ſum, aut ad uitam ſe uertit, aut ad mortem. Vel-
le nanqꝫ peccare malū eſt: peccare peius, in peccato perſe-
uerare peſſimū eſt, nolle pœnitere mortale. Quicquid igit̃
cor cogitat quod ad utilitatē ſuā uel proximorū quoquo
modo nō pertineat, reſpuendū eſt. De diuerſis igit̃ mūdi
partibus in quibus cor uagū & ꝓfundū tenetur, uel uane
occupat̃: ad ſeipſum redeat, & ſeipſum diſcutiat: cūqꝫ īue-
nerit culpā, timeat pœnā. Quærendo autē culpā, nuſquā
illam niſi in ſe reperiat: reperta autē culpa & pœne cauſa
ſeipſum puniendo, ſe ante ſe ſtatuat, & tanquā aliū ſe iudi-
cet. Se equidē culpatū: ante ſe afflictū, ſe reū: ante ſe iudicē
ſeuerum, ſe impium: ante ſe ad pietatē reuerſū, proponat
ſe ante ſe: decernat quid à ſe faciendum ſit de ſe: iuſte in ſe
iniuſto infligat iuſta flagella, loquat̃ etiā ſic ſibi. Quia pacē
deſeruiſti apud dn̄m deum tuum, & bellū incurriſti apud
teipſum, ſciſſuram pateris, ut tu à teipſo cōdēneris: quia
pactum pacis rupiſti. Vis quod nō uis, & non uis ꝙ uis:
Luc.19. à teipſo condemnaberis. Nolenda uis: uolenda nō uis. Ec-
ce de ore tuo te iudico ſerue nequā. Affige itaqꝫ te & ſta-
tue te contra faciem tuam, ut aſpicias turpitudinem tuā,
& recogites ſtultitiā tuam. Sic igitur in miſerijs ſuis ad ſe
ipſum couertitur cor, & ſiſtitur cor ad cor. Vis eſt quædā
quæ ſic de corde operatur, & retinet cor fluxū & uagū, ne
Matt.11. ꝓfluat in abyſſum exterminij. Vis iſta ſeu uiolentia rapit
regnū cælorū. Regnū cælorū (īquit dn̄s) uim patitur: &
uiolēti rapiūt illud. Nobile regnū poſſidet qui cor ſuum
poſſidet. Non regnat, qui in corde ſuo deditus ſeruituti-
bus uitiorū: præſidet urbibus, & turbis populorū. Solus
is regnat, qui depoſito cordis imperio, ad leges ratiōis or-
dinat totam familiā motuū interiorū & exteriorū. Si īſur-
git rabies leonina, premitur per patientiā, ſi petulātia hir-
ci, per abſtinentiā, ſi ferocitas apri, per māſuetudinē, ſi ſu-
perbia unicornis, per humilitatem.

De Mobilitate cordis Capitulū. XXV.

NOn inuenitur autem īter cæteras artes libera-
les ars iſta præ alijs liberalis, qua teneat̃ cor ꝙ
omni mobili mobilius eſt quod omni lubrico
lubricoſius eſt. Mobilitate enim naturali inſta-
bile, uel in puncto fixum recuſat conſiſtere: cuius uita in
motu eſt: & motus eſt ei uita. Mouet molem totius corpo-
ris humani tantillus iſte in corde uitalis motus: & qua co-
erceatur arte ut alia mouens, ipſe nō moueatur? Fortè mo-
la aſinaria ſi ad collum ei ſuſpendatur, nō moueretur: imo
multò magis cum mola concitaretur. Agēdum itaqꝫ cum
eo eſt ut circūeat terram, & perambulet eam: ſi fortè uelo-
ciorem & mobiliorem ſe inuenire queat. Si ſuper terrā ſi-
milem ſui nō inuenerit, etiā girum cœli circūeat: & rotas
currū dei ad curſum ſuū admoueat, quid tūc faciet ad il-
los qui ambulant ſuper pennas uentorum? Fortè & cum
Sapi.8. illis contēdere poterit. An & cum illa uirtute curet quæ
attingit à fine uſqꝫ ad finem fortiter, & diſponit oīa ſua-
Sapi.7. uiter? An & illā apprehēdet de qua dicitur: Mobilior eſt
omnibus mobilibꝰ ſapiētia? Saltē cū uiderit tam ſpatio-
ſis ſaltibus tranſilientem ſuam potētiam, potentiā creato-
ris ſui, ſubſiſtat & dimittat alas ſuas, retinens ſe, & habe-
nis deificæ comparationis ſe ad ſe colligens & cohibens,
Ezech.1 nō trāſgrediatur terminos ſuos. Sic enim ſancta animalia
in uiſione Ezechielis cum fieret uox ſuper firmamentum
quod imminebat capiti eorum, ſtabant & ſubmittebant
alas ſuas. Quod planè ſancti faciūt, cum perluſtratis ope-
ribus & mirabilibus dei ſuperintelligibilibus abſcōditis
myſterijs, nihil ſe ſcire deprehēdunt, ſed momēto ſtateræ
omnia opera ſua appendunt. Tunc ſe non à ſe moueri cor
intelligit, qa per ſe immobile permaneret, niſi qui omnia
mouet, illud quoqꝫ inter omnia moueret. Mutuatim igi-
tur à deo cognoſcens motū ſuū, iam non uſurpet ut pro-
prium, ſed ut cōmodatū. Ad uoluntatē nāqꝫ cōmodātis:
cōmodatarius uti debet commodato. Alioquin furtū fa-
cit in re commodata.

Quomodo diuina corda hominum mouet.
Capitulum. XXVI

CVm igitur te mouerit deus uel moueri
uoluerit ô cor humanū, mouearis: aliter
non mouearis: quia non eſſet moueri, ſed
cōmoueri: ſed qn̄ te mouet deus? Cū ad-
monet. Admonet autē ſic. Vane occupa-
ris ô cor ſapiēs, & omni prærogatiua ex-
cellens, in his quæ uanitates uanitatū ſunt. Non te decet
his ſubeſſe, ſed præeſſe. Te indigēt iſta ut melius & cōmo-
dius ſubſiſtāt: tu his neqꝫ ad beatitudinem indiges, neqꝫ
ad immortalitatē. Viaticū quidē ſumēto præparāt in uia
ſed ſi ad menſurā ſumātur, non ad ſuperfluitatem. Ex ſu-
perfluitate enim ciborum quādoqꝫ infundūtur iumēta,
& in uentris nimiā effluxionē reſoluuntur, ita ut ex re-
fectione deficiant. Sic corpus tuū, o princeps & dn̄s cor-
poris, ſi regulas neceſſitatis exceſſerit, & ad baratrū con-
cupiſcentiæ os aperuerit, lacū perditionis ſibi offodit in
hoſpitio reparationis, & de remedio cōparat exitium, de
uehiculo naufragiū. Quid ꝓinde? ſuperfluū tollit neceſ-
ſariū. Aufer ſupflua, & nulli deerūt neceſſaria: quia de
ſupfluenti copia aliorū: naſcit̃ ualde ægra aliorū inopia.

Qūo ſe debet unuſquiſqꝫ refrenare ac regere.
Capitulum. XXVII.

TVum eſt male acta corrigere, tuū eſt in ordine
& officio familiam mēbrorū corporis, & ani-
mæ motū diſponere: tuum ſingulorū negocia
ſecūdū competētiā aſſignare. Nō ſit in regno
corporis tui qui leges & iura inſtitutorū tuorū impune
præuaricetur, nō oculus, non manus, non pes, non auris,
nō guttur. Quid enim de ignobilioribꝰ & plebeijs mem-
bris dicā, ſi uel attrectare rebellionem præſumpſerint? La-
pidibus obruantur, iaculis increpationū confodiātur, &
nouerint regem Salomonē ſedere ſuper mulā regis, id eſt
rationē ſuper ſenſualitatem corporis. Quid ſi pudibunda
illa (quæ uelato ſemper nomine appellantur à pudicis &
caſtis labijs) motu inordinato rempublicā infeſtauerint?
Certè abſcindantur: non ferro, ſed ieiunio: non detrunca-
tione, ſed mortificatione. Vtinā (inquit apoſtolus) abſcō- Gal.5.
dantur qui uos conturbāt. His perſuaſionibus cor effre-
natum, in præceps curſum ſuū rapiēs, teneri poteſt, ut ſit
bona cōſciētia. Bona eſt ſi habeat in corde puritatem, in
ore ueritatē, in actione rectitudinem. Pro his nāqꝫ merebi-
tur trinitatis uiſionē. O beata uiſio in qua ſic deꝰ erit no-
tus atqꝫ perſpicuus ut uideatur à ſingulis nobis in ſingu-
lis nobis, uideatur in ſeipſo, uideat̃ in cælo nouo & in ter-
ra noua, atqꝫ in omni quæ tunc fuerit creatura.

Qꝫ anima in conſciētia ſua cognoſcit quo debeat ire
quādo egreditur de corpore, id eſt de libro cōſcientiæ: &
quomodo corrigendus eſt. Capitulum. XXVIII.

HVmana cōſciētia eſt dn̄i uinea, quam excolere
debēt peccatorū cōfeſſio, & eorū ſatiſfactio, &
exhibitio bonorū operum, & cuſtodia eorum.
Vnicuiqꝫ eſt liber ſua conſcientia, & ad hūc li-
brum diſcutiendū & emēdandū oēs alij inuenti ſunt. Aīa
cū de corpore egredit̃, nullū aliū præter cōſcientiæ ſuæ
librū ſecū portare poterit, atqꝫ in illo cognoſcet quo de-
beat ire, & qd debeat recipere. Ex his quæ ſcripta erūt in
libris nr̄is iudicabimur, & ideo ſcribi debēt ſm exemplar
libri uitæ: & ſi ſic ſcripti nō ſunt, ſaltē corrigēdi ſunt. Cō-
feramus itaqꝫ libros noſtros cū libro uitæ: & ſi qd aliter
habuerint

habuerint, corrigant̃ ne in illa ultima collatione, ſi quip-
piam aliter inuenti fuerint habents, abijciantur. Beatus
homo qui ſe poteſt cognoſcere & deſpicere, probare &
improbare. Nam qui diſplicet, deo placet: & qui ſibi uilis
eſt, deo charus eſt.

Nihil eſt melius & nihil utiliꝰ quàm ſeipſum co-
gnoſcere: qđ eſt propriū conſcientiæ. Cap. XXIX.

MVltæ ſunt ſciētiæ hominū, ſed nulla melior eſt
illa qua cognoſcit homo ſeipm̄. Quāobrē re-
deam ad cor meū, & ibi ſtare aſſueſcā, ut totam
uitā meā poſſim diſcutere, & meipſum cogno-
ſcere. Oēs miſerias meas corā deo effundam, ſi fortè illa
ſua magna pietas moueat eū. Confitebor ei pc̄tā mea, cui
oīa nuda ſunt & aperta: quē fallere nō poſſum, qa ſapiētia
eſt: nec effugere, qa ubiqꝫ eſt. Audi ergo pijſſime deus cō-
feſſionē meā: & reſpice ad pietatē tuā: & fac mecū ſm mi-
ſericodiā tuā. Audi quàm ſæpe de memoria mea te expu-
lit irruēs turba plurimarū cogitationū, q̄ uelut plebs ad
aliqđ ſpectaculū ſolēt effluere in cor meū. Dū orare uel
cātare in monaſtærio uolo, neſcio cuiuſmodi ſt[illegible] cogi-
tatio cor meū rapit, & ducit per diuerſa loca. Cūqꝫ illud
ad me reuoco, tenere nō poſſum, ſed illico elabit̃, & huc
illucqꝫ diſpergit̃, & ꝑ innumera effundit̃. Idcirco crebra
terrenarū cupiditatū illecebra, & uanitatū effuſio ita cor
meū occupāt: ut qđ uitare ſtudeā, hoc cogitē, aīoqꝫ uol-
uam. Nō eñ eſt in ptāte mea cor meū & cogitatiōes meæ,
q̄ ex īprouiſo effuſæ mentē meā aīmqꝫ cōfundūt, atqꝫ alio
trahūt quàm ego ꝓpoſuerā. Ad ſecularia reuocant: mūda-
na inſerūt: uoluptaria ingerūt illecebroſa cōtexūt: ipſoqꝫ
in tp̄e quo leuare mētē meā ad te paro, inanibꝰ cogitatio-
nibꝰ infectꝰ ad terrena plerūqꝫ deijcior. hmōi ꝑſtrepētiū
cogitationum tumultus à corde quotidie amouere uolo
nec ualeo, ſed uiſa & audita, dicta & facta ad memoriā re-
uocāt, & in ea cum magna importunitate ꝑſtrepunt. Co-
gitāda cogito: cogitata recogito: & eadē iterū atqꝫ iterū
replicare nō ceſſo: & cū diu multūqꝫ quicqd potero cogi-
tauero: ſine cogitationibus eſſe nō poſſum: ſed intrant, &
exeūt, atqꝫ aliæ alias introducūt, & excludūt: hæc inuitus
ſuſtineo: plerūqꝫ tñ conſentio: cū per ea quæ uidi, uel feci
ſine utilitate, abſqꝫ diſcretione, uaga mente diſcurro. Ita
mēs mea ſemꝑ mobilis, & nunquā ſtabilis: ſemꝑ uaga, &
uelut ebria, per diuerſa diſtrahit̃. Grauiter pecco cū cor
meū derelinquo: qm̄ grauis iactura eſt quæ per negligen-
tiam fit. Vim patior cū illud me deſerit. Cōfirma cor meū
deus: qm̄ cū ſtare in ſemetipō nitit̃, aliquo modo à ſemet-
ipſo etiā neſciēdo deriuat̃. Ita peccandi cōſuetudine etiā
cū neſcio pecco, & cor meū cor uanū per infinita deduci-
tur, & in multa deſideria diuidit̃. In nocte uerò cū dormi-
re uolo: multarū rerū imagines & phantaſias clauſis ocu-
lis uideo, eaſqꝫ inuitus tolero: quātoqꝫ ab eis aciē mētis
auertere nitor, tāto ampliꝰ illæ ſe mihi ingerunt, & mole-
ſtijs turpiū cogitationū cor meū maculāt. Inde eſtꝙ ſæpe
mihi nocuit mortifera delectatio q̄ ex recordatione præ-
teritorū peccatorū naſci ſolet, ſed maxime ex recordatiōe
libidinis. Hæc enim peſtis quò præ cæteris uitijs eſt mihi
familiarior, eò ad nocendū procliuior, & ad repellendum
difficilior. Nā cū eā repellere uolo, nolēti mihi ſe ingerit,
blāde oneroſa, diſplicēdo placens, & placendo diſplicēs.
Carnis libidine nunquā fugere potui, ſed ſemꝑ me perſe-
quitur: & cum aliqua delectationis cogitatione uel uiſus
intētione me cōprehēdere pōt, nō diebus neqꝫ noctibus
requieſcere ſinit. Subtiliter intrat, & mentem occupat, &
niſi ſubito repellat̃, allicit & incēdit, & quaſi uirus peſti-
lentiæ ꝑ totū corpus paulatim ſe diffundit. Cogitatiōes
prauas multiplicat, affectiones malas generat, delectatiōe
illicita mētem afficit, & ad conſenſum prauitatis animum
inflectit: oēſqꝫ aīæ uirtutes corrūpit. Hac peſte cū aſtrictꝰ
teneor, diuelli ab ea uix poſſum, qm̄ ſtimulos eiꝰ cōfiteri
aut neſcio, aut erubeſco, tā ſubtiles & turpes ſunt. Reuera
difficile eſt libidinis incēdia extīguere: impuberes ſtimu-
lat, iuuenes inflammat, uiros eneruat, ſenes & decrepitos
fatigat, non aſpernat̃ tuguria, nō reueretur palatia. Vtinā
ſola cœnobia fugiat. Adiuua me dn̄e deus meꝰ ut huic tā
peſtifero & mortifero uitio reſiſtere poſſim. Scio enim qa
quod reſiſtentem fatigat: uicentē coronat. Scio etiā quo-
niā ſi mentē meā cogitatione immunda polluero: tibi qui
munditiæ author es, placere non ualeo.

De amara atqꝫ illicita cogitatiōe. Capitulū. XXX. Pſal.50.

COr mundū crea in me deus: qm̄ non ſolū uana
cogitatio illud occupat, & turpis inqnat: uerū
etiā amara diſſipat. Sæpe nāqꝫ aliqua īiuria cō-
motus, dēſis cogitationum tumultibus in cor-
de premor: hincinde ſolicitus, & cæcus, occaſionem uin-
dictæ de accepta iniuria rimor, cōſilia multiplico, & nihil
aliud niſi iurgia quæ deſunt in corde perago. Præſentes
non uideo: abſentibus contradico: intra memetipſum cō-
tumelias profero & recipio receptis autē duriꝰ reſpōdeo.
Cūqꝫ qui obuiet nullus adſit, rixas in corde cōpono, inſi-
dias inuidentiū cōſidero, & quid cōtra iurgij mouere poſ-
ſint penſo, exqro qd reſpōdeā: & cū rē nullā teneā, uacuus
litigator elaboro. Sicqꝫ die in ociū: nocte uerò in cogita-
tionē uerſo. Torpeo ab utili ope: qm̄ fatigor illicita cogi-
tatione. Ita mens intus pugnat: cū mēti nemo repugnat.
Nōnūquā uero qđ egi in corpore, hoc poſtmodū impor-
tuna cogitatione uerſo in mēte: & multoties grauius tor-
queor in recordatiōe, quàm prius captus fuerā in operis
perpetratione. Sæpe etiā ea quæ nūquā feci, nec in uolū-
tate habui, ita recogito, quaſi pœniteat me illa non feciſ-
ſe. Ab occultis meis mūda me dn̄e: qm̄ cū nihil exterius a-
go, intꝰ grauiter pecco. In corde eñ ſeruo depicta quæ ui-
di & feci. Ideo tēporaliū rerū tumultꝰ ī corde uerſare nō
ceſſo, etiā cū uaco. In cogitatione eñ comedo cū ieiuno,
loquor cū taceo, iraſcor & tranqllus ſum, corpus reqeſcit
& animꝰ huc illucqꝫ diſcurrit. Ita uitam iſtā ſine culpa nū-
quam trāſire potui: nec hoc qdē qđ laudabiliter uixi, ſine
aliquo reatu eſt, ſi remota pietate diſcutiat̃. De neceſſitati- Pſa.24.
bus meis eripe me dn̄e. Crebrò nāqꝫ dū neceſſitati debita
reddere ſtudeo, uoluptatis uitio deſeruio: ſub uelamine
neceſſitatis, cado in laqueum uoluptatis. Sæpiſſime nāqꝫ Nota.
comedi & bibi non ad neceſſitatem, ſed ad uoluptatē & qđ
neceſſitati ſatis erat, uoluptati parū erat. Cogitaui etiā de
cibo & potu quādo nō debui, & ubi nō debui & pluſquā
debui. Cogitando de eſcis, epulas in cogitatione tota die
ruminabā. Cū tegendis mēbris ueſtimēta quæro: nō ſolū
quæ tegāt, ſed quæ extollāt expeto: & cōtra frigoris tor-
porem nō ſolū quæro quæ muniant per pinguedinē, ſed
quæ mulceāt per mollitiē nō ſolū quæ per mollitiē tactum
mulceāt ſed quæ per colorē oculos ſeducāt. Cū ꝓ aliqua
neceſſitate licentiā loquendi alicui habui, locutus ſū nō
ſolū de neceſſarijs: uerumetiā de non neceſſarijs, & de his
quæ ad me nō pertinebāt, & de quibus licētiā nō habebā.
Immerſi me colloquijs hoīm: & ibi locutꝰ ſum nō ad ædifi-
cationem, ſed ad deſtructionē: nō qđ decebat, ſed qđ libe-
bat: locutus uerba uana & riſui apta, uerba ocioſa & inuti-
lia. Verboſitati deſeruiens, detractioni ſtudēs, os meū mē-
dacio & detractione inquinaui. Lingua mea omni fallacia
plena eſt, ꝙ nocuit mihi pluſquā oīa mēbra. Nam ea quæ
audiui uel uidi, nunquā eo modo quo dicta uel facta ſunt,
referre poſſum, ſed alia affirmo pro alijs, & ſæpe multa in-
terſero ſuperflua, atqꝫ ita uel nimium laudādo uel uitupe-
rando, ferè quoties loquor mentior. Guttur inſatiabili ar-
det ingluuie: gula diuerſis ſaporibꝰ ſatiari nō poteſt. Cor
prauum, dolo & malitia plenum, per puram cōfeſſionem
purgare nunquā potui. Manus ad opus prauum fuerunt
paratæ, & ad operandū bonū pigræ. Stomachus & inteſti-
na nimio cibo & potu ſæpe ſunt diſtenta: & ideo dolore
ſunt plena. Nam unde gula delectat̃, inde uenter inflatur,
corpus infirmat̃ & ſæpe mors ſequit̃. Per gulæ delectatio-
nem corrui in uētris ingluuie: & unde debui mihi parare
ſalutē, inde cōtraxi nimium comedēdo perniciem. Pedes
uelocius me portauerunt ad aliquā curioſitatem ſpecu-
landam, quàm ad eccleſiam. Oculi iniquo intuitu me